Rhetorices Elementa,

QUÆSTIONIBUS ET RESPONSIONIBUS *EXPLICATA:*

Quæ ita formantur, ut *Quæstionibus* prorsus omissis, vel neglectis, *Responsiones* solummodò integram RHETORICES Institutionem Tironibus exhibeant.

Per GUIL. DU-GARD.

In usum Scholæ *Mercatorum-Scissorum.*

EDITIO SEXTA.

Danda opera est, ut post hæc initia, ad incrementa quoque veniatur. Cypr. lib. 1. Epist. 5.

LONDINI,
Typis Autoris. *Anno Domini* 1660.

DIGNISSIMIS,
SPECTATISSIMIS,
Ornatiſſimisque Viris,
MAGISTRO,
Guardianis, & Aſſiſtentibus
Ampliſſimæ Societatis
Mercatorum-
SCISSORUM,
Benigniſsimis Literarum
PATRONIS,
Hunc RHETORICES Libellulum,
qualem qualem, in Juventutis
gratiam concinnatum,
In perpetuum Obſervantiæ μνημόσυνον
D. D. D.

Societatis Veſtræ
Cultor Humillimus
GUIL. DU-GARD.

Tironi, Rhetorices *ſtudioſo*

TE monitum velim, nobis in animo non fuiſſe, omnia, quæ de *Rhetorices* Arte tradi ſolent, (ſtudio enim multa omittimus) præcepta perſequi: Sed præcipua & maximi usûs Elementa, quæ Tironibus ſufficere arbitramur, in compendium ſolummodo redigere, & ad juniorum captum per * Ἐρωτήματα adeò planè & dilucidè accõmodare, ut & ipſi Socios mutuis interrogationibus utiliter exercere valeant, & minùs fatigent Præceptorem. Creſcente ætate & judicio majorum Gentiũ Rhetores, qui hæc omnia accuratiùs tractant, adire licebit: his interea temporis, qualia qualia ſunt, Tironibus fortaſſe, quibus ſolùm inſerviunt, non ingrata, ſi libet, utere.

Iſtud porrò animadvertendum

eſt; Quæſtiunculas haſce, maximam partem, ad *Caroli Butleri* (τῦ μακαρίτε) Rhetoricam (quæ vulgò in Scholis teritur) formare, adeò ut nihil ferè in his καινοπρεπὲς occurrat, quod vel in eo non inveniri, vel ad eum non commodè referri poſſe videatur. Me ab aliis equidem nonnulla, ab illo verò omnia ſumſiſſe non diffiteor. *Ingenui* enim *pudoris eſt* (ut cum *Plinio* loquar) *fateri per quos profeceris*. *Butlerus* Talæum quàm-plurimis emendavit: Iſtiusmodi Quæſtiunculæ (niſi meum me fallat augurium) *Butlerum* ipſum & faciliorem, & teneræ ætatis ingenio longè accommodatiorem reddent. Vix enim ſine cortice ſuppoſito natabunt pueri, quorum captui ſe ſubmittere juventutis formatores neceſſe eſt. His igitur delibatis, *Butlerum* ipſum, ſiquâ de re hæſitaveris, conſule.

Rhetorices

Rhetorices Elementa.

CAPUT I.

Quæſt. 1. *Quid eſt Rhetorica?*

RHETORICA eſt ars ornatè dicendi.

2. *Quot ſunt partes Rhetorices?*

Partes Rhetorices duæ ſunt: { Elocutio, & Pronunciatio, *vel* Actio

3. *Quid eſt Elocutio?*

ELOCUTIO eſt interna exornatio orationis.

Quare dicitur interna?

Dicitur *interna* ad differentiam pronunciationis, quæ eſt externa exornatio orationis.

4. *Quotuplex eſt Elocutio?*

Elocutio duplex eſt: { Tropus, aut Figura, *Vid. Quæſt.* 46.

5. *Quid eſt Tropus?*

TROPUS eſt elocutio, quâ vox à nativâ ſignificatione in aliam immutatur.

6. *Quot in Tropo ſunt conſideranda?*

In Tropo duo ſunt conſideranda: { 1. Affectiones, & 2. Genera.

7. *Quot sunt Tropi Affectiones?*

Affectiones Tropi sunt quatuor: { Catachrésis. Hypérbole, Metalépsis, Allegória.

8. *Quid est Catachresis?*

CATACHRESIS est durior & injucundior verbi immutatio, cùm scilicet nomen aliquod pro alio ponitur, in cujus locum non deductum esse, sed irruisse: non precariò, sed vi venisse videatur: ut, *Virg.* Eclog. 7.

Vir gregis ipse caper deeraverat—i. e. *Dux gregis. Capitis nives*; i. e. *cani capilli.*

9. *Quid est Hyperbole?*

HYPERBOLE est mentiens superjectio, sive audacior Tropi superlatio, quæ augendo vel minuendo superat fidem.

N. B. *Mentitur Hyperbole, sed non mendacio fallit.*

10. *Quotuplex est Hyperbole?*

Hyperbole duplex est: { Auxésis, aut Meiosis.

11. *Quid est Auxesis?*

AUXESIS est, cùm augendi aliquid & amplificandi gratiâ, verbum gravius, proprii loco, substituimus: ut, cùm *liberalem, magnificum; severum, sævum; improbum, sacrilegum* dicimus.

12. *Quid est Meiósis?*

MEIOSIS [seu Tapeinôsis] est, cùm minuendi & extenuendi caussâ, leviore utimur vocabulo, quàm res postulat: ut, cùm *adulatorem, blandum & affabilem; prodigum* aut *audacem, liberalem* aut *fortem* nuncupamus.

13. *Quid est Metalepsis?*

METALEPSIS est Tropi in uno verbo multiplicatio

Catachresis.

Durior impropriæ est Catachresis abusio vocis:
Vir gregis: ultorem promisi: Pulchra minatus. Farn.
Facies similima Tauro; Facies enim propriè Hominis est.
Hunc comedendum, & derridendum vobis propino.
Curus per Siculos equitabit undas.
Spernere dolorem, (sic,) timere dolorem.

Hujus usus rarissimus esse debet, nisi emolliatur hujusmodi vocibus, fermè, fere, tanquam, propè, tantum non; ut; Titius propè dixi, enim facundiam haud mediocrem sapit. Spernat hunc dolorem, i. e. timet.

Hyperbole.

Extenuans aut gentibe excedit Hyperbole verum.
Astra ferit. Pluma levior. Velut oryor Euro. Farnaby.
Merita vestra Cælum contingunt.
Candidior Cygni. Hederâ formosior albâ
Jam jam tacturos Tartara nigra pedes. Ovid.

Cùm exiratum Scelus appellamus

Meiosis.

Cùm Homuncelum, Pygmæum; Stupidum, Stipitem; qui non respondet, mutum appellamus; & Scelus exiratum.

Homo Umbræ ni Somnium est. Plut. ex Pindaro.

Metalepsis.

Transcendit mediis gradibus Metalepsis ad altum:
Hinc movet Euphrates bellum. Mirabor ariistas.
Euphrates, pro Mesopotamiâ, per meton. Adjuncti.
Mesopotamia pro orientalibus, per Synecd. membr.

Invadunt urbem somno vinoq; sepultam. Virg. Æn.
(i.e.) Invadunt Trojanos somno vinoq; sepultos.
Urbem, pro Trojâ, per Synechdocen Generis;
Troja, pro Trojanis, per Metonymiam Subjecti.

Allegoria.

Allegoria est figura, quâ aliud dicitur, aliud significatur.
Continuare Tropos Allegoria adjolet: Atque
Et Cereere & Baccho friget. Claudite rivos.
In Reipublicæ corpore omnia membra, manus, pedes, caput,
mi totius salutem conspirare debent.
Quoniam ex vadis jam evasisse videor, & scopulos præterjecta
videtur oratio, perfacili mihi reliquus cursus ostenditur.
O Navis, referent in mare te novi
Fluctus: O quid agis? fortiter occupa
Portum, &c.
In qua, Navem pro Republicâ; fluctuum tempestates pro Bell
Civilibus; & Portum pro pace & Concordiâ intelligi voluit Ho
ratius, lib. 1. od. 14.
Da veniam Corvis, vexat censura Columbas. Juvenal.
Per Corvos quæ loquosi[illegible] intelligat homines sceleratos, per Columbas, inno
(centes.

Metonymia.

Metonymia est Nominis pro nomine positio.
Atque Metonymia imponit nova nomina rebus: Farn.

tiplicatio ; quando nempe ex improprio ſignificatur primò proprium , tum ex improprio illo fortè aliud improprium; atque ita deinceps, donec ad proprium veniatur , intercedente medio gradu tranſitum præbente : ut, *Virg.* Ecl. 1.

Poſt aliquot mea regna videns, mirabor, ariſtas.

Hîc per *ariſtas*, *ſpicas*, [per Synecdochen Membri] per *ſpicas*, *ſegetes*;[per Synecdochen itidem Membri] per *ſegetes*, *æſtates*; [per Metonymiam Subjecti pro Adjuncto] per *æſtates*, *annos*; [per Synecdochen Membri] intelligimus.

15. *Quid eſt Allegória ?*

ALLEGORIA eſt Tropi continuatio, ubi nimirùm ejusdem generis Tropi plures conjunguntur: ut, Ter, *Sine Cerere & Libero friget Venus*; i. e. *ſine pane & vino friget amor.*

16. *Quid tenendum eſt in Allegória ;*

In Allegoriâ tenendum eſt illud ut , quo ex genere rerum cœperis , eodem deſinas : ſecus inconſequentia fœdiſſima fuerit.

CAP. II

17. *Quot ſunt Tropi genera ?*

TROPI Genera ſunt quatuor: { Metonymia, Ironia, Metaphora, Synecdoche.

18. *Quid eſt Metonymia ?*

METONYMIA eſt Tropus Cauſſæ ad Effectum; Subjecti ad Adjunctum ; vel contra : *i. e.* Effecti ad Cauſſam, vel Adjuncti ad Subjectum.

Cauſſa quid eſt ?

Cauſſa eſt, cujus vi res eſt.

Quotu-

Quotuplex est Caussa?

Caussa est quadruplex: { 1. Efficiens, à quâ / 2. Materia, ex quâ / 3. Forma, per quam / 4. Finis, propter quam } res est.

Quarum duæ tantum priores hic locum habent.

19. *Metonymia Caussæ quotuplex est?*

Metonymia Caussæ duplex est: { Efficientis, aut Materiæ.

20. *Quid est Metonymia Efficientis?*

METONYMIA EFFICIENTIS est, cùm Inventor & Autor pro ipsis effectis rebus usurpantur: ut, *Mars* pro *prælio*; *Vulcanus* pro *igne*; *Neptunus* pro *mari*; *Ceres* pro *pane*; *Bacchus* pro *vino*; *Venus* pro *amore*; *Livius* pro *historia à* Livio *conscripta*; *Virgilius* pro *Poemate à* Virgilio *composito*, *&c.* ut Ter.

Sine Cerere & Libero *friget* Venus; i. e. *sine pane & vino friget amor.*

Lego Virgilium; i. e. Virgilii *opus.*

Sic etiam ponitur Instrumentum pro Re effectâ: ut, *Lingua* pro *Sermone*; *Manus* pro *scriptura*; *Gladius* pro *cæde*; *Arma* pro *bello.*

21. *Quid est Metonymia Materiæ?*

METONYMIA MATERIÆ est, cùm nomen Materiæ pro effecto ponitur: ut, *Æs, argentum, aurum*, pro *æreis, argenteis*, vel *aureis nummis*; *Ferrum* pro *gladio*; *Pinus, abies* pro *navi.* Hor. ep. 2. lib. 2.

Non domus & fundus, non æris acervus & auri
Ægroto Domini deduxit corpore febres.

CAP.

Metonymia Efficientis.

Oceanus, & Thetis, Nereus & Doris, Neptunus & Amphitrite: Pontus etiam metaleptice, pro Mari. Fortuna pro ejibus, metalepsis.

Dat Galenus opes; dat Justinianus Honores, (i.e.) Medicina divites facit; Jurisprudentia Honoratos.

Virgilium venum it, (i.e.) Virgilij opus.

Terentius emitur, (i.e.) Terentij opus. Spiritus, pro effectis & operibus Spiritus sancti.

Metonymia Materiæ.

— Æris acervus & auri. (i.e.) nummi ænei & aurei. Allegoria.

Æs & ferrum duelli insignia sunt, non fani. (i.e.) Arma ex ære & ferro confecta. Allegoria.

Ferro sulcus q; imprimit Italiam.

Gemmis fibunt, & fato ferinum ardebit in Auro.

Semen pro Proles. Sylva pro Domibus.

Terra pro Homine.

— Et Structis cantat avenis. Ovid. (i.e.) fistulâ arundineâ, metalepsis: Avenæ pro Culmo avenaceo Synecd. integri, Culmus avenaceus pro Culmo in genere Synecd. Speciei, Culmus pro Arundine est Synecd. Generis pro Specie. Arundo pro fistula mercurij, Metonym. est materiæ pro effecto.

Metonymia Effecti.

Deus est Salus nostra, (i.e.) Salvator noster.
Sedeo inter Sulpitia & Lachrymas, (i.e.) Virgilium Sulpitiarabundum & Horatium lippientem dixit Augustus.
Scipiadas Cladem Lybiæ — (i.e.) Cladis effectores; qui intulerunt Cladem Lybiæ.
Pindarij fontis quis non exhalluit haustus? (i.e.) Eximii Carminibus metus omnis abest &c. (i.e.) Scœti; Carmina componentibus. Pallet pro Meluit.
Sed Pater Omnipotens Speluncis abdidit atris. Virg.
Atris. Profundis. Metalepsis: Atris pro tenebrosis, Metaphora est usitata: tenebrosis pro profundis, metonymia est effecti: profunditas enim in Speluncis tenebrarum causa est. Sic dicuntur Pallentes morbi, tristis Serectus, quod illi pallentes, hæc tristes facit.
Sic Crassi dixit præcipitem iram, hilarem adolescentiam, segne otium.
Dirum audax.
Spes dolosi nummi, pers. (i.e.) Homines facientis dolosos.
Christus est nostra Salus, (i.e.) Salutis Author.
Mors in olla, (i.e.) Res mortifera.

Metonymia Subjecti.

1. Subjectum pro accidente inhærente: ut, Pers. Magister artis ingenij Largitor venter, &c. ubi Venter ponitur pro fame; Subjectum pro Accidente separabili. Luther. Unusquisque naturaliter in se Papam habet; ubi 88. vit. Papam pro Superbia posuit. Subjectum pro Accidente inseparabili.

CAP. III.

22. *Quid eſt Metonymia Effecti?*

METONYMIA EFFECTI eſt, cùm ex affectis efficiens ſignificatur: ut, *Victoria natura* inſolens *& ſuperba eſt*; i. e. *inſolentes & ſuperbos reddit. Mors* pallida; *quæ pallidos reddit.*

N. B *Effectum eſt, quod à cauſſa efficiente pendet.*

Sic ponitur *ſcelus* pro *ſceleſtus*, *ſcelerum machinator. Opus* pro *Autore*:

Quas meruit pœnas jam dedit illud Opus;
i. e. Ovidius, *illius Operis Autor.*

CAP. IV.

23. *Quid eſt Metonymia Subjecti?*

METONYMIA SUBJECTI eſt, cùm nomen proprium rei ſubjectæ ad ſignificandam rem adjunctam traducitur.

N. B. Subjectum *dicitur illud, cui aliquid quocunque modo aut ineſt, aut adhæret.*

24. *Quot modis fit Metonymia Subjecti?*

METONYMIA SUBJECEI fit novem modis; cùm ſcilicet ponitur.

1. Subjectum pro accidente inhærente: ut,

Non tu plus cernis, ſed plus temerarius audes,
Nec tibi plus cordis, *ſed minus* oris *ineſt.*

Ubi *Cor* pro *prudentia*, quæ ſedem habet in corde,

corde, (unde *prudentes cordati* dicuntur :) *os* pro *pudore*; qui *se ore*, i.e, *vultu* prodit.

2. Continens pro re contentâ. Sic *poculum* pro *potu*; *Crumena* pro *nummis*, &c. *Marlica pro bibijs.*

3. Locus pro incolis : ut, *urbs* pro *civibus*.

Virg. Invadunt urbem *somno vinóque sepultam.*

4. Locus pro rebus in loco gestis : ut, Cic. de Orat. *Agè verò, nè semper forum, subsellia, rostra, curiámque medieris*; id est, *Actiones Rhetoricas in foro. &c.*

Sic per Academiam, Lycèum, Tusculanum [*Suburbanum illud Gymnasium*] *intelligimus. Doctrinam celebratam in* Academia *à Platone*; *in* Lyceo, *ab Aristotele*; *in* Tusculano *à Cicerone.*

5. Possessor pro re possessâ : ut,

——*Jam proximus ardet*
Ucalegon——i.e. *Ucalegonis domus.*

Apud me, i. e. *Domi meæ.*

6. Dux pro exercitu : ut, Annibal *victus*; i.e. Annibalis *exercitus*. *Maximis maximas copias repressit.*
i.e. exercitu magni exercitu

7. Patronus, vel Advocatus, pro Cliente : ut, Cic. pro Cæcin. *Restituisse te dixit? Nego me edicto Prætoris restitutum esse.*

8. Res, quæ in tempore fit, pro ipso tempore : ut, *Messis* pro *æstate*, Virg. Ecl. 5. *calor, pro æstate. Frigus pro hyeme. Somnus, pro nocte.*
Ante focum, si frigus erit, si messis in umbrâ.

9. Nomen rei signatæ pro signo : ut, Virg. Ecl. 3.

Orpheaque *in medio posuit*, sylvasque *sequentes*;
i. e. *Calatas Orpheos, & sylvarum imagines.*

Iuppiter angustâ vix totus stabat in ædè:
Jnq. Jovis dextrâ fictile fulmen erat. Virg. Ec. 3.
Iuppiter, i.e. *Jovis statua*.

CAP.

Exuo Monachum, i.e. *Habitum & Cucullum monachale.*
Hoc ego Clavículo rigidum suspendo magistrum, i.e. *Togam magistralem.*
Panis est Corpus Christi, & vinum est Sanguis Christi.
i.e. Signum Corporis & Sanguinis Christi.

2. Continens pro re Contentâ; ut, Focus pro Igni. Animosum pectus, pro Corde. Hic calix est sanguis, (i.e.) Vinum in Calice. Patera, pro potu in ej contento.

Illic impegit haustit
Spumantem Pateram, & pleno se protulit Auro. Virg. En. Hic per Spumantem Pateram & Plenum Aurum intelligi omne illud vinum quo vasa ista impleta sunt: Sed in Auro est Metalepsis: nam Aurum pro Aureo Crateræ Metonymia est materiæ.

3. Locus pro incolis: ut;
Nisi foret terris securior arduus Æther. Ovid. Met.
Terris, (i.e.) hominibus terræ incolis. Æther, i.e, Cœlites qui tenent Æthera.
Impij. Quòd in me Carcerem effudisti, Hyperbole est. Carcerem, (i.e.) qui in vinculis & Carcere erant, vel digni Carcere. Sic [illegible] pro civibus, i.e. Vrbis.
Pergama tum vici, cum vinci posse coegi. Ovid. Met.
Pergama Trojanos. Metalep. Pergama (i.e.) arces Trojæ) pro ipsa Troja per Synech. membri, & Troja pro Trojanis per metonymiam Subjecti.
Sic Italia, Germania, Sicilia, Anglia, Africa, Gallia, Hispania, &c. pro Italis, Germanis, Siculis, Anglis, Africanis, Gallis, Hispanis, &c.
4. Locus pro rebus in loco gestis: ut; Rostrum pro Spolio. Sylva, pro venandi Studio.
5. Possessor pro re possessâ: ut; Apud Pompeium, i.e. in ædibus Pompeij. Apud te, i.e. Domi tuæ. Non longè abest à me, i.e. à villâ meâ.
Sic dicimus hominem devorari, cujus patrimonium devoratur. Heaut. Act. 3. Sc. 1. Quid te futurum censes quum assidue excedent; Quem? i.e, Cujus opes assiduis Convivijs exhaurient. Sic Lares & Penates pro ædibus.

6. Dux pro Exercitu: & Magistri seu Tutores pro Discipulis seu Pupillis; ut, Christus baptizavit. i.e. Discipuli baptizârunt.

1. Cum nomina Virtutum ipsarum, aut Vitiorum pro bonis aut malis Viris usurpantur; ut; Justitia pro Justo. Scelus pro Scelesto. O pestis! i.e. O Pestifere Civis! O rabes! i.e, O nequitiæ talc asperæ! O Audaciam incredibilem! i.e. O incredibiliter Audaces! Superbia, pro Superbo. Doctrina pro Docto. Potestas, pro hominibus potestatem habentibus. Color pro re colorata.

2. Res Contenta pro Continente: ut; Demosthenes ubi sunt tuæ tenebræ, i.e, Obscura Domus.

3. Adjunctum temporis pro Subjectis: ut;
Contigerat nostras infamia temporis aures. Ovid.
Solstitium pecori defendite, jam venit æstas. Virg.
Solstitium, i.e, æstum. Metalepsis: Solstitium pro æstate, ni Cujus mihi fit, est metonymia Subjecti.
— Oculisve aut Pectore nostro virg. Æn.
Accipit — . Noctem pro Somno qui nocte Capitur.
Pubes pro Juventute. Ager gravidus Pampineo Autumno. i.e. Vindemia, quæsit ni Autumno.
4. Signum pro re Significata: ut,
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit — Stat. lib. 1. eleg. 2. (i, e) Honores & Dignitates.
Huic Consilio palmam damus, i.e, Victoriam.
Nate precor magni Subscribite Cæsaris iræ.
Subscribite Assentimini. Subscriptio enim assentionis & approbationis est Signum. Agnus pro Christo.

CAP. V.

25. *Quid est Metonymia Adjuncti?*

METONYMIA ADJUNCTI est, cùm ex adjunctis res subjectæ significantur.

N B Adjunctum *dicitur, quicquid alteri rei quocunque modo adhæret, aut cui aliquid quocunque modo subjicitur.*

26. *Quot modis fit?*

METONYMIA ADJUNCTI fit octo modis:

1. Cùm nomina Virtutum ipsarum pro bonis viris, & Vitiorum pro malis, & multarum aliarum rerum pro personis, quibus adjunctæ sunt, usurpantur: ut, *Ex hâc parte* pudor *pugnat, illinc* petulantia. Ubi *pudor* pro *pudicis, petulantia* pro *petulantibus* ponitur, &c. Horat.

   Virtutem *præsentem odimus* — id est, *viros bonos.*

2. Res contenta pro continente: ut, *Virg. Æn.* 1. — Vina *coronant*: i. e. *pateram vina continentem.*

3. Adjunctum temporis pro subjectis: ut, Æn. 1. *Aspera tum positis mitescent* sæcula *bellis*: i. e. *homines, qui istis sæculis vixerunt. Temeritas est* florentis ætatis, *Prudentia* senectutis; i. e. *Juvenum & Senum.*

4. Signum pro re significatâ: ut, *Sceptrum* pro *Regno*; *Fasces* pro *Magistratu*; *Toga* pro *pace*; *Arma* pro *bello*, &c.

5. Res locata pro loco: ut, *Te quæsivimus omnibus* libellis; i. e. *Bibliothecis*: *Ludus* pro *circo.*

6 Antecedens

6. Antecedens pro consequente : ut, *discumbere* pro *cœnare* : *audire* vel *auscultare* pro *obtemperare* : *Fuimus Troës*, pro *non amplius sumus* : *vixit*, id est, *mortuus est*.
7. Consequens pro antecedente : ut, *sepultus est*, pro *mortuus est*. *Evigilavit*, pro *dormitat*.
8. Connexum vel concomitans unum pro altero : ut, *pedes tegere*, pro *alvum levare*. Annibal *ibi moratur*, pro *exercitus* Annibalis.

CAP VI.

27. *Quid est Ironía ?*

IRONIA est Tropus ab opposito ad oppositum

28. *Quomodo percipitur Ironía ?*

Percipitur Ironia tribus modis : vel [1] *Pronunciatione*; vel [2] *Personâ*; vel [3] *Rei naturâ* : nam siqua earum dissentit à verbis, apparet mentem etiam iisdem dissentire.

29. *Quotuplicia sunt Opposita ?*

Opposita sunt duplicia : { Disparata, & Contraria.

30. *Disparata quænam sunt ?*

Disparata sunt res quælibet natura diversæ : ut, *homo, lapis, liber, canis*, &c. ideóque unum multis pariter opponitur.

31. *Contraria quænam sunt ?*

Contraria sunt res sibi invicem natura repugnantes : ut, *Lux & tenebræ*; *calor & frigus*; ideóque unum uni pariter opponitur.

32 *Quid*

6. Antecedens pro Consequente: ut, Strato discumbitur
ostreo, (i.e.) cibum capiunt.

7. Consequens pro Antecedente: ut, Mappæ mensæq
apparatus amoventur, i,e, cœnarunt.

8. Connexum vel concomitans unum pro altero; ut,
Juxta Texentium castra posuerat Annibal, (i.e.)
Hujus & illius exercitus.

Gronia.

Contra quam sentit Solet Gronia jocari.
Scilicet; egregiam laudem; pulchre; bone Custos. Furn.

At non per omnes exul errauit plagas. Senec. Herc. fu
sii Tyrius ad Amphitryonem de Apolline, Act. 2.
contrarium imitans de Hercule.

Ironia à Contrario potest esse quadruplex: Petita Relatis:
ut, si Pater molesto & contumaci filio dicat, scilicet tu mihi
pater eris, ego tibi filius: ideoq; (uti par est) parebo. 2.
ab Adversis; Pulchellum puerum. 3. à Contradicentibus
non agam tecum jure summo. 4. à Privantibus: ut, Homo
est, mihi crede, mortalis & egenus.

Ironia à Contrario.

Sic vir ille optimus (Catalina) Rempub. traxit, (i.e.)
pessimus. Oh Sanctæ Gentes quibus hæc nascuntur in hortis
Numina! —— Nolo pyra, nam sunt amara: Vulpes
Æsopica.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos memores fandi atq; nefandi. Virg.
Alter erit maculis auro squalentibus ardens. Virg.
Hunc ego si potuj tantum sperare dolorem. Virg.
Sperate, i.e. Timete. Sperare, i.e. Timere.
Squalentibus, (i.e.) splendentibus. Est in his verbis Cat
chresis.

32. *Quid est Ironía à Disparato?*

IRONIA A DISPARATO est, quando de personâ aliâ quidpiam dicitur, de alia intelligitur; sive affirmatum de utrâque, sive negatum de alterâ.

Affirmatum de utràque: ut, *Eccl.* 3.

Tum credo, cùm me *arbustum videre Mycon s,*
Atque malâ vites incidere falce novellas.

Ubi per *me* intelligit Damætam, seipsum nominans Menalcas.

Negatum de alterâ: ut, *Ovid.* Metam. 13.

——*Nec in his quisquam damnatus & exul.*

Ubi Ulysses Ajacem taxans, negat quenquam sui generis damnatum & exulem fuisse; sed illud tacitè Ajaci exprobrat, cujus pater Telamon & patruus Peleus quòd Phocam tertium fratrem trucidâssent, exulabant.

33. *Quid est Ironía à Contrario?*

IRONIA A CONTRARIO est, quando ex contrario contrarium significatur: ut, Ter. *O salve bone vir, cui âsti probè*: id est, *pessimè, curâsti negligenter.*

34. *Quid est Paraleipsis?*

PARALEIPSIS est, Ironiæ species, quâ affirmamus nos ea præterire, quæ tamen maximè dicimus. Ejus formulæ sunt; *prætereo, mitto, taceo, sileo, relinquo, omitto, missa facio, prætermitto, relinquam, concedam,* &c. ut Cic. *Mitto* illam primam libidinis injuriam: *mitto* nefarias generi nuptias: *mitto* cupiditate matris expulsam matrimonio filiam. Hic simulatè quædam dicuntur prætermitti, quæ tamen disertè memorantur.

——*Taceo, mitto, est Paralipsis.* Farn.

Sunt hæc & alia in te falsi accusatoris signa. 35. *Quid pervulta, quibus ego non utor.*

Finite hoc loco, Quirites, præterire me nostram calamitatem, quæ tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli, non è prælio nuncius, sed ex sermone rumor afferret.

Hic præterire se simulat fratris sui rum calamitatem, quam tamen significantius exprimere non posset.

35. *Quid est Apóphasis?*

APOPHASIS est Ironiæ species, quâ negamus nos dicere aut facere quod maximè dicimus aut facimus: ut, Cic. Ver. 1. *Nec ea dico, quæ si dicam, tamen infirmare non possis.*

CAP. VII.

36. *Quid est Metáphora?*

METAPHORA est Tropus à simili ad simile.

Nihil est autem in rerum naturâ, unde simile duci non potest, indidémque ideò & Metaphora: ut, *Princeps Caput Reipublicæ.*

37. *Quot sunt Classes illarum rerum à quibus deducitur Metaphora?*

Octo præcipuè sunt Classes illarum rerum à quibus deducitur Metaphora:

I. A rebus sacris & divinis: ut, *Homo homini Deus. Philosophorum Deus, Plato.*

II. Cœlestibus: ut, *Virgilius Poëtarum Sol.*

III. Ab Elementis: ut, *Invidiæ flamma. Eloquentiæ flumen.*

IV. A Meteoris: ut, *Fulmen orationis.*

V. A Mineralibus: ut, *Aurea secula: Ferreum pectus.*

VI. A Vegetalibus: ut, *Flos Nobilitatis.*

VII. Ab Animalibus: ut, *Angliæ Insularum ocellus.* Latrant *Oratores*, non loquuntur. *Canis ille Rhetoricus, Zoilus.*

VIII. A rebus artificialibus: ut, *Appion Cymbalum mundi*; sic dictus ob garrulitatem. Sic dicimus; *Limare scriptum, Explire Orationem, Amicitiam dissuere. &c.*

CAP.

Cic. in Verrem. 1. De Subsortitione illâ Juniânâ judicum nihil dico. Quibus verbis Verri Prætori corrupti judicij crimen vehementer objicit.

Metaphora.

Dat proximæ similem translata metaphora locum. Farn.

N.B. Metaphora omnis, cùm nihil sit aliud quàm brevis & occulta similitudo, per Adverbium similitudinis [quasi, tanquam, veluti, &c.] resolvitur & explicatur.

N.B. Ornatus nullus est florentior quàm Metaphora, nec qui plus luminis afferat orationi: præsertim si ratione sumpta est, & ad sensus ipsos admoveatur, maximè oculorum qui est sensus acerrimus: ut; Odor urbanitatis. mollitudo humanitatis. Murmur maris. Dulcedo rationis. Lumina Civitatis. Atque hinc est quòd Odoror seu Olfacio, tango, gusto, & Audio interdum ponuntur pro intelligo. Video vero, cerno & perspicio, sæpissimè: ut, Cic. ad Attic. Lib. 4. Epist. 77. Tu velim ex Fabio (si quem habes aditum) odorere, & ipsum convivam tuum degustes. Olfacio. Ter. Adelph. Act. 3. Annon sex totis mensibus primis olfeciissem quàm ille quicquam cæperit? Tango. Ter. Heaut. Act. 4. Tenes quid dicam? Gusto. Cic. in Pis. Non gustâras illam tuam Philosophiam. Audio, Eunuch. Act. 2. P. Capias tu illinc vestem. Chæ. Vestem? quid tum postea? P. per illo te deducam. Chæ. Audio, i.e, intelligo quorsum Eunuchi vestem induerem: ipsa vox propria sæpe sequitur. P. Te esse illum dicam. Chæ. intelligo. Video, Cic. ad Torquatum Lib. 6. Summa tamen eadem est & idem exitus, quem ego tam video animo, quam quæ oculis cernimus. Cerno, Cic. 1. de Finib. Quicquid porrò animo cernimus, id omne oritur a sensibus. Perspicio, 2. de Fin. Non sahi perspicio ipsa veritate quicquid.

N.B. si verearis ne paulò durior translatio esse videatur, mollienda sæpe est propositio verbo, ut ita dicam: si ita loqui licet, &c.

Synechdoche.

Confundit totum cum parte Synechdoche partis. Juvn.
Pars pro toto Ponitur; ut, Tergum meum tuæ fidei Committo
Ch Curvæ in terris animæ! i.e. Homines. Anima Argolica
pro Græco Homine. Polus pro Cælo, cujus minima est par-
ticula. Sed Puppis pro Navi, & Abies pro Tabellis, & ungu-
la Equina pro toto Equo, Catachresis est. Arista pro Spica.
Pulchra verecundo Suffundens ora rubore. Ovid.
Ora. Vultum, metalepsis: Ora pro ore Synechdoche est plu-
ralis pro singulari, et os pro integra facie Synechdoche est
membri. Parietes, pro Domo. Mœnia pro urbe. Oculi &
Aures, pro Oculatis & auritis Hominibus. Anglia pro
Anglis.

Synechdoche Speciei.

Auster, pro vento. Hostes tela parant, i.e, Arma. Sic
Conseverere patres nostri facere, i.e. Majores. Tullius, pro
Oratore. Epicurus, pro Voluptuario. Sardanapalus, pro
Effœminato. Midas, pro Avaro. Thraso, pro Glorioso. Ther-
sites, pro Deformi. Pœnus, pro Perfido, quæ Auxesis est.
Irus & Codrus pro pauperè. Pygmeus aut Nanus, pro
brevis staturæ Homine: Micros est. Sydera, pro Sublimiori
loco. Tartara, pro Profundiori. Jucundior Adria. Hor.
Pace sit domui ejus, i.e. Felicitas omnimoda. Parricida
Civium, pro Homicida vel Interfectore. Minari pro promitte
Ædificare pro Struere. Gnatho pro Assentatore. Dabus pro
rudi & Simplici. Oedipus pro Ingenioso. Catones, Lælij, pro
Sapientibus & temperatis Civibus. Sauromatæ & glaciales, Oceanus
pro quovis remotissimo loco. Bacchanalia, pro quovis intempe-
rantiæ genere. Typhys pro quovis Gubernatore.

CAP. VIII.

38. *Quid est Synecdoche?*

SYNECDOCHE est Tropus Partis ad Totum, aut contrà; *i. e.* Totius ad Partem.

39. *Quotuplex est Pars?*

Pars duplex est: { Membrum, vel Species.

40. *Quid est Synecdoche Membri?*

SYNECDOCHE MEMBRI est, quando ex Membro Integrum significatur: ut, *tectum* pro *domo*; *Ridiculum caput*, pro *faceto & lepido homine*; *Mucro* pro *gladio*; *Dux* pro *exercitu*; *Anima* pro *homine*. Sic, Numerus Singularis pro Plurali ponitur: ut,

* Hostis *habet muros, ruit alto à culmine Troja* [pro* *Hostes.*] Romanus *cedendo vincit.*

N. B. Numerus Singularis est Pars seu Membrum Pluralis, non Species: præsertim cùm ex Unitatibus, tanquam ex particulis, multitudo omnis constituatur.

41. *Quid est Synecdoche Speciei?*

SYNECDOCHE SPECIEI est, quando ex Specie significatur Genus: ut, cùm ponitur *Aristides* pro *Justo*; *Crœsus* pro *Divite*; *Mecœnas* pro *Patrono*. Sic infinitum numerum dicimus pro magno: ut, * Sexcenta *licet ejusmodi proferre.*

* Sexcenta] *Species numeri magni pro numero magno in genere.*

Mυρία decem millia, B *Mυρία infinita* C* pro multis.

CAP. IX.

42. *Quid est Synecdoche Totius?*

SYNECDOCHE TOTIUS est, quando ex Toto Pars significatur.

43. *Quotuplex est Totum?*

Totum est duplex: { Integrum, vel Genus.

44. *Quid est Synecdoche Integri?*

SYNECDOCHE INTEGRI est, quando ex Integro significatur Membrum: ut,

Pabula *gustâssent Trojæ*, Xanthum*que bibissent*
i. e. *partem pabuli, partem Xanthi fluvii.*

Sic Numerus Pluralis pro Singulari: ut, No*populo imposuimus, & Oratores visi sumus.*
Ubi de se tantùm loquitur Orator.

45. *Quid est Synecdoche Generis?*

SYNECDOCHE GENERIS est, quando ex Genere significatur Species: ut, *Homo* pro *Catilinâ*; *Virtus* pro *Fortitudine*; *Poëta* pro *Homero* aut *Virgilio*; *Orator* pro *Demosthene*, aut *Tullio*

Sic, cùm *vixisse* & *fuisse* dicimus, quæ jam mortua esse, & non exsistere intelligimus:

——Fuimus Troës, fuit *Ilium & ingens*
Gloria Teucrorum.——

Fuimus, fuit tantum, nunc non sumus, n
est.

Hactenus de Tropis. *Vid. supr.* Quæst. 5.

CAP.

Synechdoche Integri.

Annus, pro Tempore præsenti. Elephantus, pro Dentibus. Sylva, pro Arboribus. Pontus, pro Fluctu. Epist. 1. lib. 4. Metalepsis est. Res vides quomodo se habeat, Orbem terrarum, distributis imperijs, vexdere bello. Orbem] i.e. Imperium Romanum. Metalep. Orbem pro Globo Synechdoche est membri pro integro: & Globum terræ pro parte Globi, quali est Romanum Imperium, est Syn. Integri pro membro. Exercitus casus est. i.e. Plurimi interfecti sunt.

Num. Plur. pro Singulari.

Nescit in immenso jactari Corpora Ponto:
Nescit agi ventis; nescit adesse necem. Ovid.

Corpora] Suum intelligit Poëta Corpus. Sic inquit alio in loco,

Ferte (quid hîc facio) rapidi mea corpora venti.

Synechdoche Generis.

Color, pro forma. Vitas, pro Hierosolyma. Propheta, pro Jeschania. Animal pro Bestia. Arbor, pro Palma. Atrides, (i.e.) Agamemnon, quippe qui in expeditione Trojana Rex Regum dicerctur. Præmittere pro Minari. Color pro Candore. urbs pro Roma. Consul pro Ciceronc. Hostis pro Catilina. Tydides pro Diomede Tydei filio. Pelides, pro Achille filio Pelei. Atrides pro Agamemnone filio Atrei.

CAP. X.

46 *Quid eſt Figura?*

FIGURA eſt elocutio, quâ Orationis habitus à rectâ & ſimplici conſuetudine mutatur.

47. *Quotuplex eſt Figura?*

Figura duplex eſt: { Dictionis, vel Sententiæ. *Vid. Quæſt.* 75

48. *Quid eſt Figura Dictionis?*

FIGURA DICTIONIS eſt, quâ oratio figuratur dictionibus aptè & jucundè inter ſeſe reſonantibus.

49. *Quotuplex eſt Figura Dictionis?*

Figura dictionis duplex eſt, vel in ſonorum { Dimenſione, vel Repetitione. *Vid. Q.* 65.

50. *Quid eſt Figura in Dimenſione?*

FIGURA IN DIMENSIONE eſt ſuavis ille ſonorum in oratione Numerus.

51. *Quotuplex eſt Numerus?*

Numerus duplex eſt: { Poëticus, vel Oratorius. *Vid. Quæſt.* 62

52. *Numerus Poëticus quid eſt?*

NUMERUS POETICUS eſt, qui perpetuis certorum ſpatiorum legibus adſtringitur.

53. *Quotuplex eſt Numerus Poëticus?*

Numerus Poëticus duplex eſt: { Rhythmus, aut Metrum.

54. *Quid eſt Rhythmus?*

RHYTHMUS eſt numerus Poëticus certum ſyllabarum numerum, nullâ habitâ quantitatis ratione, continens.

Plerumque autem Epistrophen soni conjunctam habet: ut in illo divini Vatis Poëmate

Dare to be true: nothing can need a lye;
A Fault that needs it most, grows two thereby.

53. *Quid est Metrum?*

METRUM est numerus Poëticus certis pedibus constans, quorum ultimus ultimum habet indifferentem.

N. B. Hujus numeri gratia *Metaplasmus* (i. e. transformatio quędam dictionis) permittitur quando scil. aliquid in ea deficit, redūdat, vel immutatur.

56. *Quot sunt Metaplasmi Species?*

Metaplasmi quatuor sunt Species

I. In elidendo, 2. { Synalœpha, Ecthlipsis,
II. In addendo & auferendo, 6. { Prosthesis, Aphæresis, Epenthesis, Syncope, Paragoge, Apocope,
III. In Distrahendo & cōtrahendo, 2. { Diæresis, Synæresis,
IV. In Immutando, 5. { Tmesis, Metathesis, Antithesis, Diastole, Systole,

Quæ omnia nota sunt ex Grammatica.

est ubi ex unâ Syllaba dissectâ fiunt duæ: ut Derluiffe pro Volviffe.

est duarum Syllabarum in unam contractio: ut mī, pro mihi, &c.

57. *Quid est Tmesis?*

TMESIS est, quæ compositæ vocis partes, alterius

Elidere est quod scriptione integrum est, scansione mutilare.

Synalœpha.

Synalœpha est elisio quædam vocalis ante vocalem in diversis dictionibus: ut,

Sæva nimis vita est: cras tina vivo hodie.

Diphthongus hic rationem habet vocalis; ut,

Et arida rubenti lictima pulvere farra. Virg. Georg.

Eliditur aliquando vocalis ante alteram in diversis, quidem dictionis compositæ, partibus: ut, Graviveolens, semianimis, &c.

Semihominis Caci facies quam dira tegebat. Virg. Georg.

Synalœpha (Græcorum more) interdum omittitur.

Ecliysis.

Ecliysis est quoties m, cum sua vocali perimitur, proxima dictione à vocali exorsâ: ut,

Monstr' horrend', informe, ingens, cui lumen ademptum.

pro monstrum, horrendum, &c. At heu, ô, ah, io, non eliduntur. ô tamen interdum unum tempus amittit: ut,

Te coridon ô Alexi, trahit sua quemque voluptas.

Ecliysis aliquando omittitur.

Ecthliysis m, vocalem auferet Synalœpha. Farn.

Prosthesis.

Prosthesis est appositio literæ vel syllabæ ad principium, ut, Gnatus, pro natus, Tetuli pro tuli.

Prosthesis apponit capiti, quod Aphæresis aufert. Farn.

Aphæresis.

Aphæresis est ablatio literæ vel syllabæ à principio dictionis: ut, Ruit, pro eruit. Temnere, pro contemnere.

Epenthesis.

Epenthesis est interpositio literæ vel syllabæ in medio dictionis: ut, Reliquiæ, Religio, addita l. Induperatorum, pro Imperatorum, &c.

Syncope.

Syncope est ablatio literæ vel syllabæ è medio dictionis: ut, Abiit, petiit, dixti, repostum &c.

Syncope de medio tollit quod Epenthesis infert. Farn. (rodii.

Paragoge.

Paragoge est appositio literæ vel syllabæ ad finem dictionis: ut, Dicier Apocope est ablatio literæ vel syllabæ à fine dictionis: ut, Pecu, pro Pecuis.

Tmesis.

Compositæ in partes est Tmesis Sectio vocis.

Quæ mihi cunque placent. Septem Subjecta trioni. Farn.

Qui tecunque manent isto certamine casus: Virg. Æn. 12.

pro Quicunque te. Hic salutatus, pro insalutatus.

Raut. Sed hæc Ego stultus, qui rem Curio Publicam. (i.e.) Qui Rempublicam Curio. Ingregatus, pro Integratus. Super titi erunt, pro Superexerunt. Septem Subjecta trioni, pro Septentrioni. Perque duelli, pro perduelli.

Sub æquore mersit, pro submersit. Matriq; cida nexo, pro nexo matricida.

Metathesis.

Transponitq; elementa Metathesi; ut tibi Thymbre. & Cimber.

Antithesis.

Litterulam Antithesis mutat, quod & Antistacon: Illi Succidens. Vostrom Serrom faciundo. ffarnaby.
Olli pro illi. Vestrom pro Vestrum. Serrom pro Serrum. ffaciundo pro ffaciendo. Volqus pro Vulgus. Vostrum pro Vestrum. Pessume pro Pessimè. maxume pro maximè.

Diastole.

Dona dehinc auro gratiâ sedoque Elephanto.
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.
Gemuit ponto, timuit naufragia tellus. manil.
Perdidit, & fracto passa est naufragia claro. mant.

Systole.

Occidĕrunt pro Occidērunt. sic miscuĕrunt, steterunt, imbuĕrunt, profuĕrunt, annuĕrunt, dedĕrunt. Cæc. Smarăgdos positio corripitur.

Systole ductu rapit; Correpta Diastole ducit:
Recidimus. Steterunt. Naufragia, semigesta. ffaern.

rius vocis interpositione, dissecat: ut: Hor.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.

i. e. licet quadantenus prodire.

58. *Quid est Metathesis.*

METATHESIS est, quæ literam eandem transponit: ut, *pistris* pro *pristris*, *Timbre* pro *Timber*. Virg. Æn. 3. de Sylla.

Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo
Pube tenus; postrema immani corpore pristis,
Nam tibi Tymbre caput Evandreus abstulit ensis,
Æn. 20.

59. *Quid est Antithesis?*

ANTITHESIS est, quæ literam unam pro aliâ ponit (ut *Olli* pro *illi*; *vortunt* pro *vertunt*; *optumè* pro *optimè*,

60. *Quid est Diastole?*

DIASTOLE est, quæ brevem syllabam producit; ut,

Molle Meum levibus cōr est violabile telis. Ovid.
Cum muliĕre *marem sociali fœdere jungens.* Mant.
Ubi syllabæ naturâ breves in cŏr *&* muliĕre *per Diastolen producuntur.*

61. *Quid est Systole?*

SYSTOLE est, quæ longam syllabam corripit; ut, *tulerint*, *palūs*;

Matri longa decem tulĕrunt fastidia menses Virg.
Regis opus sterilisque diu palŭs aptaque remis.
Horat. est. pro *tulĕrunt palūs.*

Quæ ad numeri Poëtici, sive Carminis. rationem pertinent, à Grammaticis petenda sunt, quamvis in Rhetoricâ propriè tradidi debent.

CAP. XI.

62. *Quid est Numerus Oratorius?*

NUMERUS ORATORIUS est, qui ex pedibus quidem constat, sed incertis & liberis.

Hactenus de figura in soni dimensione.

63. *Quotuplex est Figura in soni repetitione?*



CAP.

Epizeuxis.

Epizeuxis fit repetitio vocis. Farn.

A.R Corydon, Corydon. me, me. bella, horrida bella.
Adesse, adesse, sceleris ultrices Deæ. Sen. med. o myrrhi, myrrhi.
Excitate, excitate eum, si potestis ab inferis. Cic. pro Mil.
Crux, crux, in quam, miseriis & erumnosa comparabatur. J. in
Da, Da pœnas auctas curribus patriæ rebi. O cives, cives.
Ilion Ilion fatalis incestusq; Judex vertit in pulverem. Hor.
Fugite, o socij, fugite.

Anadiplosis.

Est Anadiplosis quoties ex fine prioris
membri, principium fit dictio prima sequentis. Farn.
Hic tamen vivitur vivit? imò verò in Senatum venit. A. Catalin.
Ifem, venis: & venis non ad deponendam, sed ad confirmandam au-
daciam. Spoliatum veniunt, veniunt ut spolientur ut ipsi.
Principum dignitas erat pene par: non par fortasse eorum qui sequ
bantur. pro Ligario.
Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives: & vives,
ita ut nunc vivis
ut mihi sint toties maxima vota mori, ovid.
vota mori mea sunt. Climax.
Continua serie est repetita gradatio Climax. Farn.
Pro Milon: Nec verò se populo soluin, sed Senatui commisit: nec sen
modò, sed etiam publicis præsidijs & armis: nec hi tantum, sed ejus p
tegendi, cui Senatus totam rempub. commisit.
Cic. pro Roscio Amer. In urbe luxuries creatur: ex luxuria exigitat
avaritia necesse est: ex avaritia audacia: inde omnia scel
ac maleficia nascuntur.
Sistas, ingredere? si ingrederis, curre: si curris, adsola. Epist. 23. l
ad Attic. Quid enim, pestem immanem, potest Reip. prodesse nostra lega
prodesse dico? quid si etiam obstutura est? obstutura dico? qui stetiam
nocuit? Philippic. 12.

CAP. XII.

64. *Quid est Epizeuxis?*

EPIZEUXIS est, quando sonus similis continuè in eâdem sententiâ iteratur.

65. *Quotuplex est?*

Duplex est: vel in { parte vocis— / voce integrâ } { principii. / finis.

Principii: ut, Ovid. Met. 1.

O utinam possem populos reparare paternis
Artibus, *atque* animos formatæ infundere terræ!

Finis: ut, de Aruſp. reſp.

Titus Annius ad illam peſtem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur.

In voce integrâ: ut, *Virg.* Ecl. 6.

Ipſa ſonant arbuſta, Deus Deus *ille, Menalca.*
Si, niſi quæ facie potuit te dignа videri,
Nulla futura tua eſt, nulla futura tua eſt.

66. *Quid est Anadiplósis?*

ANADIPLOSIS est, quando sonus similis continuè in diverſis ſententiis, *i. e.* in fine præcedentis, & principio ſequentis repetitur: ut, *Virg.* Ecl. 10.

Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, *cujus amor tantùm mihi creſcit in horas.*

67. *Quid est Climax?*

CLIMAX est, quando Anadiplósis pluribus gradibus continuatur: ut, ad Heren. *Quæ reliqua ſpes libertatis manet, ſi illis, & quod libet, licet; & quod licet, poſſunt; & quod poſſunt, audent; & quod audent, faciunt; & quod faciunt, vobis moleſtum non eſt?*

Mars videt hanc, visamq; cupit, potiturq; Cupido. Ovid. 3. Fast.
Torda Lexna Lupum sequitur, Lupus ipse Capellam;
Florentem Cytisum sequitur lasciva Capella. 2. Eclog. Virg.

CAP. XIII.

68. *Quid est Anaphora?*

ANAPHORA est, quâ similis sonus iteratur in principiis sententiarum: ut, *Virg.* Geor. 3.

Te, *dulcis Conjux*, Te *solo in littore secum*,
Te, *veniente die*, Te, *decedente*, *canebat*.

69. *Quid est Epistrophe?*

EPISTROPHE est, quâ similis sonus in clausulis iteratur: ut, pro Pomp. *Ut ejus voluntatibus non solum rives assenserint*, *socii obtemperarint*, *hostes obedirint*, *sed etiam venti tempestatesq; obsecundarint*.

70. *Quid est Symploce?*

SYMPLOCE est, quâ similis sonus in principiis & clausulis iteratur: ut, Agrar. 1. Quis *legem tulit*? Rullus. Quis *majorem populi partem suffragiis privavit*? Rullus. Quis *Comitiis præfuit*? Rullus.

CAP. XIV.

71. *Quid est Epanalepsis?*

EPANALEPSIS est, quâ similis sonus in principio & clausula ejusdem sententiæ repetitur: ut, Æneid. 1.

Multa *super Priamo rogitans*, *super Hectore* multa.

72. *Quid est Epanodos?*

EPANODOS est, quâ similis sonus in principio & clausula diversarum sententiarum, sed inter-

An aphora.

diversis membris frontem dat Anaphora eandem.
Per conatus ibi collo dare brachia circum;
Per fenestra compressa manus effugit imago.
Te pugnare potes, mihi sacri est consilij vis:
Tu vires fine mente geris, mihi cura futuri est.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora movebat. Virg. 3. Æn.

Tuta frequentia via est per amici fallere nomen:
Tuta frequentia licet sit via, crimen habet. Ovid. de Art.
Flebile nescio quid queritur lyra: flebile lingua
murmurat exanimis; respondent flebile tibiæ. Ovid. Met. 11.
Nihil te nocturnum præsidium palatij? Nihil urbis vigiliæ? Nihil
timor populi? Nihil consensio bonorum omnium? Nihil hic munitissimus habendi senatus locus? Nihil horum ora vultusq; moverunt?
Cat. 1. & Cic. 2. in Catil. quam pax, hæc, quid tum populare fauorq;

Epistrophe.

Complexus clausus Concludit Epistrophe eadem Farn.
Dicto. Crede mihi, si te quoque pontus haberet;
Te sequerer Conjux, & me quoque pontus haberet;
Surgimus, solet esse gravis cantantibus umbra:
Quinquies gravis umbra: nocent & frugibus umbræ, Virg. 10. Eclog.
Pro milon. est enim hæc (Judices) non scripta sed nata lex: quam
non didicimus, accepimus, legimus; verum ex ipsâ naturâ arripuimus, hausimus, expressimus: adquam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus.

Symploce.

Symploce eas jungit Complexa utramq; figuram.
Quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti!
Quam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti!
Cui postulavit? Appius. Quis produxit? Appius. Pro milone.
Capto tuam (pudet heu!) sed capto, maxime cenam:
Tu captas alias: jam sumus ergo pares.
Mane salutatum venio: tu dicere ipsa
Ante salutatum: jam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus, tumidis ante ambulo fascis:
Tu comes alterius: jam sumus ergo pares.

Epanalepsis.

Incipit & dulce exit Epanalepsis eadem. Farn.
Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper.
Una dies aperit, conficit una dies. Autorij Rosc.
Vidimus tuam victoriam prælioxum exitu terminatam:
gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus. pro Marcello.
victus amore tui, cognato sanguine victus. Virg. Æn. 12.
Salutis enim eorum potius consulam, quam voluntati. Terent. 4.
Multi & graves dolores inventi, parentibus & propinquis Multi &c.
Non amo te, Sabidi, nec possum dicere quare:
Hoc tantum possum dicere, non amo te. Martial. 1. Ep. 33.

Epanalepsis.

Qui bibit inde furit: procul hinc discedite queis est
Cura bonæ mentis: qui bibit inde furit. Ovid. Fast. 6
Cretes exunt testes, nec fingunt omnia Cretes. Ovid.
Dona benigne pater, quæ jam largitus in usum sanctum
nostrum, Dona benigne Pater.
Una dies Fabios ad bellum miserat omnes.
Ad Bellum missos perdidit Una dies. Ovid. 2. Fast.
Phosphore, redde diem; quid gaudia nostra morantur?
Cæsare veniente, Phosphore, redde diem. Mart. Ep. 21.
Quid est Catulle, quod morari emori? Catull.
Post tres versus sententiam eodem verbo claudit,
Quid est Catulle, quod moraris emori?
Defecit & muros, & summas defecit arces. Æn. 11.

Epanados.

Prima velut medijs, medijs ita Epanodos ima
Consona dat repetens ——— . Flacn.
Habuit honorem, ut proditori, non ut amico fidem. Terr. 4.
Poëma est loquens Pictura, Pictura autem est tacitum Poëma.
Hermogenes inter pueros senex, inter senes puer.
Hujus ego vitae, mortuus hujus ero.
Pro Plancio. Gratiam qui refert, habet: & qui habet, meo, qui habet, refert.
Non sine sole suo lux, nec sine luce sua Sol.
Eloquentia non ex Artificio, sed Artificium ex Eloquentia natum.

Paronomasia.

Voce parum mutata alludit significatum
Paronomasia: ——— . Flacn. Abijt, non obijt.
Qui locus aut casus? Ab aratore orator. Video me a te circumveniri, non conveniri. Inceptio est amentium, haud amantium. Tibi parata erunt verba, tuae verbera.
Nata Sulla, suscepta Sylla, patre edita Caelo. In studio & studio virtutis ——— . ab exordio ad exodium. mirari, non admirari.

Polyptoton.

Esto polyptoton, vario si dicitur casu
Consonet. Arma armis: pede pes, densus viro vir. Flacn.
Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis. Stat. 8. Theb.
Cedere jussit aquam, jussa recessit aqua. Ovid. 3 Art.
Tabor labori flaborem adfert.
Jam Argeus Clypeis, umbone repellitur Umbo. Stat. 8. Theb.
Res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit. Pro Cluent.
Certus locus, certa lex, certum tribunal quo hoc reservatur. Ver.
Victora victoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor arma armis ——— . Virg. Aen. 4. Non ut eadem vivo, sed ut vivam edo. Apud Quint.
Infirmorum infirmitas donec firmi efficiantur sustinenda; non desperanda. August. Varia variè sunt varianda.
Sed pleni omnes sunt libri, plena sapientum voces, plena exemplorum vetustas. Pro Archia.

intercedente Anadiplósi iteratur: ut, *Virgil.* Eclog. 8.

Crudelis mater *magis*, *an Puer improbus ille?*
Improbus ille puer, crudelis tu quoque Mater.

Whether the Worst, the Childe accurst,
Or else the cruel Mother?
The Mother worst, the Childe accurst,
As bad th' one as th' other. T. F.

CAP. XV.

73. *Quid est Paronomasia?*

PARONOMASIA est, cùm dictio literæ aut syllabæ alicujus commutatione, significatione quoque commutatur: ut, Cat. 1. *Non* emissus *ex urbe, sed* immissus *in urbem esse videatur.*

74. *Quid est Polyptóton?*

POLYPTOTON est, cùm ejusdem originis variis casibus voces inter se consonant. ... *Virg.* Æn. 4.

Mars mortis morti mortem nisi mor
Æternæ vitæ janua clausa foret.

CAP. XVI.

75. *Quid est Figura Sententiæ?*

FIGURA SENTENTIÆ est, Figura quæ totam Sententiam aliquo animi motu afficit.

76. *Quotuplex*

76. *Quotuplex est?*

Duplex est, in Logismo:
1. Ecphonèsis.
2. Revocatio sui ipsius, quæ vel
   - Antecedentis correctio — Epanorthósis,
   - Consequentis reticentia — Apostiopésis.
3. Apostrophe.
4. Prosopopœia.

Dialogismo. *Vid.* Quæst. 92.

77. *Quid est Logismus?*

Logismus est, quando sine collocutione sententia figuratur.

78. *Quotuplex est?*

Quadruplex est: *Ecphonésis*, & *Sui ipsius Revocatio*, *Apostrophe*, & *Prosopopœia*.

ECPHONESIS est Figura in Logismo per Adverbium Exclamandi expressum vel intellectum.

N. B. Ista Figura magnum prorsus est animi commovendi instrumentum, & quidem affectuum variorum.

79. *Quot modis fieri solet Exclamatio?*

Fieri solet per modum:
1. Admirationis: ut, *O clementiam admirabilem!*
2. Desperationis: ut, *O frustrà mei suscepti labores!*
3. Optationis: ut, *Utinam tunc, cum Lacedæmona classe petisset Obrutus insanis esset adulter aquis!*
4. Indignationis: ut, *O scelus! O pestis! O labes!*
5. Irrisionis: ut, *O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! O amentem Paulum! rusticum Marium!*
6. Obtesta

Ecphonesis.

Concitat Ecphonesis & Exclamatio mentem. Favn.

1. Admirationis; ut, Oh profundos Sapientiæ divinæ Thesauros! O terq; quaterq; beati!
2. Detestationis; ut, O spes fallaces! O cogitationes inanes!
3. Optationis; ut, Oh utinam Cælos rumperet & descenderet O mihi tam longè maneat pars ultima vitæ!
4. Indignationis, O Libidinem effrænatam ac indomitam pro talibus ausis Dij dignas persolvere grates!
5. Irrisionis seu potius objurgationis; ut,

6. Obtestationis; ut, Testor Deum & Homines, meam conscientiam testor!

7. Gaudij; ut

8. Commiserationis & doloris; ut, Heu quot delicias unus dies vobis abstulit!

9. Invocationis, vel compellationis; ut,

10. Deprecationis; ut,

11. Imprecationis; ut, Deus te perdat Scelus, & in ultimas terras portentum deportandum!

Epiphonéma.

Narratæ subit & rei Epiphonéma probatæ. Farn.
Epiphonema seu Acclamatio introducitur his vocalibus, Sic, ita, adèo ut, quippe, tantus, quantus, talis, qualis, Ecce, videamus ergo, &c. ut,
Quam ut adipiscantur, omnes optant: eándem accusant adepti. Tanta est stultitia & pervicacitas. Cic. de Senec.
Tantum religio potuit suadere malorum. Lucr. l.
Adèo à teneris assuescere multum est. Jam indicant tot hominum fletus, quàm sis charus tuis, adèo ut omnes videa quàm misere inquirunt, qui opes virtuti præferunt.

Epanorthosis.

Est Epanorthosis positi correctio sensus. Farn.
O clementia, seu potius patientia mira!
Stultitiamne dicam? imò, imprudentiam potiùs.
Vixi Romæ, quid dixi? vixisse me? Funeti sumus hominibus; ah! semel quidem funeti sumus, sed jam depressi jacemus. Facti quasi pœnitentia: Sed quid ego ita grandem personam induxi.

Fieri solet per modum

Fieri solet per modum

6. Obtestationis, *Proh Deum atq; hominũ fidem!*
7. Gaudii; *O populares! ecquis me hodie fortunatior!*
8. Commiserationis & doloris; ubi usurpantur *ah, heu, eheu, ehei:* ut. Cic Offic. 1. *O domus antiqua! heu quam Dispari domino domina is!*
9. Invocationis vel compellationis; ut, *Dii maris & cœli! Dignissime vir! Amplissime præsul!*
10. Deprecationis; ut, Æn. 1.
Dii tibi (siqua pios respectant numina, siquid
Vsquam justitiæ est, & mens sibi conscia recti)
Præmia digna ferant! ——
11. Imprecationis; ut, Æn. 2.
At tibi pro scelere (exclamat pro talibus ausis)
Dii (siqua est cœlo pietas, quæ talia curet)
Persolvans grates dignas! ——

80. *Quid est Epiphonéma?*

EPIPHONEMA est exclamationis species, quæ ad finem rei narratæ & explicatæ addi solet: ut, cùm *Virgilius* exposuisset omnes causas, quibus *Juno* Romanos persequebatur tandem acclamat,

Tantæ molis erat Romanum condere gentem. Æn.

81. *Quid est Revocatio Sui-ipsius?*

REVOCATIO SUI-IPSIUS est, quando revocatur quidpiam; & est ardentioris sermonis veluti refrigeratio.

82. *Quotuplex est?*

Duplex est: { Epanorthósis, aut / Aposiopésis.

83. *Quid est Epanorthósis?*

EPANORTHOSIS est, quando antecedens aliquid corrigendo revocatur: ut, Ter. Heaut. *Filium*

unicum

unicum adoleſcentulum habet ; ab quid dixi ? habere me ? imò habui Chreme : nunc habeam ; vecne incertum eſt.

86. *Quid eſt Apoſiopéſis ?*

APOSIOPESIS eſt, quâ ſententiæ inchoatæ curſus revocatur, partem aliquam, quæ tamen intelligatur, reticendo : ut, Ter. Eun.

Ego te furcifer, ſi vivo.

CAP. XVII.

87. *Quid eſt Apoſtrophe ?*

APOSTROPHE eſt, quando oratio ad alienam perſonam convertitur, quàm inſtituta oratio requirit : ut, Metam. 1.

——*Dii cœptis (nam vos mutaſtis & illas)*

Quot modis fieri ſolet Apoſtrophe ?

Apoſtrophe fit variis modis

1. Ad Deum; ut, *ſit miſericordia tua, Jehovah, ſuper nos quemadmodum ſperdimus in te.*
2. Ad Angelos bonos; ut, *Vos ſanctiſſimi Angeli teſtis volo mea innocentia.*
3. Ad Angelos malos; ut, *Sanguis Jeſu Chriſti nos purgat ab omni peccato : Quid ergo tibi vis Satan, quando contrarium mihi inſuſurras ?*
4. Ad Adverſarios; ut, *Quousque tandem, Catilina abutere patientia noſtra ?*
5. Ad ipſum oratorem; ut, utquid *perturbàt anima mea ? quin te convertis ad Deum, inque ſinum ejus tuam exoneras ſolicitudinem.*
6. Ad Auditores præſentes; ut, *Te nunc appello P. Scipio Te Metelle.*
7. Ad Abſentes : ut, *De rebus tuis geſtis, M. Marcelle nulla unquam conticeſcet ætas.*

8. A

Aposiopesis.

Aposiopesis sensa imperfecta relinquit. Farn.

Quos ego ——. sed motos praestat componere fluctus. Virg.

Quem quidem ego si sensero —— sed quid opus est verbis. Ter. And.

Si quis me quaeret rufus —— Praesto est, desine. Plaut. Mil.

De nostrum enim omnium ——. non audeo totum dicere. Cicero

Eia, Benedicite. Plaut. Asinaria. Dariissimi Chaldaei, quid

dicti, quid Characteres fieri? quid vocabula ignota? sed dicere

dissuadet.

Apostrophe.

Sermonem à praesenti avertit Apostrophe: & Auro

ri potitur. Quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fames? Hor.

Musa mihi causas memora, quo Numine laeso,

Quidve dolens regina Deûm tot volvere casus

Insignem pietate virum, tot adire labores

Impulerit: tantaene animis caelestibus irae? Virg. Aen. 1.

10. Adres inanimatæ: ut, Cic. pro Milone. Vos enim Albani tumuli, atq; Luci! vos, inquam, imploro atq; obtesto.

Prosopopœia.

Personam inducit Prosopopœia loquentem. Faxn. Hosne mihi fœcundus, hunc fertilitatis honorem officijq; refers? quod adunci vulnera aratri Rastrorumq; fero, totoq; exercear anno.

8. Ad Mortuos: ut; *Sic est auditores, Facundia ad omnia utilis. Provoco ad te Cicero, Eloquentia parens.*
9. Ad Bestias: ut, *Vos adeste Ciconia, & ingratitudinem hominum redarguite.*
10. Ad res inanimatas: ut, *Vos agri, vos parietes obsestor; Annos sudabatis, cum tantum nefas hoc loci perpetrabatur!*

88. *Quid est Prosopopœia?*

PROSOPOPOEIA est, quâ alienam personam oratione nostrâ loquentem fingimus. Sic *Virg.* sub Æn. personâ:

O Socii! (neque ignari sumus ante malorum)
O passi graviora! dabit Deus his quoque finem, &c.

89. *Quotuplex est?*

Duplex est: { Imperfecta, & Perfecta.

90. *Quid est Imperfecta?*

IMPERFECTA est, cùm sermo alienæ personæ leviter & obliquè repræsentatur: ut, pro lege Manil. *Mi vos (quoniam liberè loqui non licet) taciti rogant, ut se quoque, sicut cæterarum provinciarum socios dignos existimetis*, &c.

91. *Quid est perfecta?*

PERFECTA est, cùm tota fictio personæ oratione nostrâ plenè repræsentatur.

CAP. XVIII.

92. *Quid est Figura in Dialogismo?*

FIGURA IN DIALOGISMO est, cùm sententia figuratur in collocutione, quæ consistit in Interrogatione & Responsione.

93. *Quotuplex*

93. *Quotuplex est?*

Duplex est
- interrogatio.
  - Deliberatio
    - nobiscum — Apori
    - cum aliis — Anac
    - nôsis.
  - Occupatio —— Prolepsis &
    - prosapodo
- responsio.
  - facti / dicti — Condonatio
    - Epitrope.
    - Syncho

94. *Quid est Apória?*

APORIA est deliberatio nobiscum: ut, Virg. Æn.

En quid ogam? rursusque procos irrisa priores
Experiar? Nomadumq; petam connubia supplex, &

Tandem responsio addubitationis sequit

Quin morere, ut merita es, ferróque averte dolore

95. *Quid est Anacœnosis?*

ANACOENOSIS est deliberatio cum alii ut, Cic. pro Quin. *Quid denique? quid censeti tedo si vos in eo loco essetis, quid aliud feciss etis?*

96. *Quid est Occupatio?*

OCCUPATIO est, cum alieni consilii inte rogationem occupamus, eique responsione subjicimus.

Hæc
- à priore parte Prolépsis sive ὑποφορά.
- à posteriore parte Prosopodosis ἀνθυποφορά

} dicitur.

Ὑποφορὰ subjectionem proponit: cujus signa se sunt, *Etsi licèt, quanquam, dicat aliquis, quae aliquis, miretur aliquis, at inquis, at inquiat aliqu dic.*

Ἀνθυποφορὰ objectioni respondet, cujus signa ser sunt, *ramen, ac inquam ego, respondeo hunc in m dum, his talem comparatam volo responsionem, &*

N.

Aporia.

Conquiit addubitans quid agat, dicatve. Aporia. Farn.

Quid faciam? rogem, anne rogem? quid inde rogabo?
Equidem quod ad me attinet, quo me vertam, nescio. Negem
fuisse illam infamiam corrupti judicij? negem illam rem
agitatam in concionibus, jactatam in judicijs, commemoratam
in Senatu? vetustam exanimis hominum tantam opinionem
tam veterem infitam, tam vetustam? Responsio.
Non est nostri ingenij, vestri auxilij est (Judices) hujus
innocentiæ, sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua
perniciosissima flamma, ata in communi incendio,
subvenire. Pro Cluentio. Fallor? quo me vertam?
Quid faciam? eloquar? an fileam? utrumque causas
habeo sat graves. Quid respondebo Libaris meis? Quid
Cognatis? me non potuisse fundum diutius colere, & ob id
vendidisse.

Anacœnosis.

Consultat cum alijs. Anacœnosis: si ita haberet
Se tua res, quid Consilij aut rationis inires? Farn.
Quæso à te C. Aquili quid tibi hac de re videatur? nunquam
adeo vobis spectata virtus, ut suspicione violari nequeat?
Quid profint Phaleræ? Quid galeæ jubar? Quid hasta ve-
hemens? Quid Phrygij Comæ?

Occupatio.

Anticipans, quæ quis valet objecisse, Prolepsis
Diluit _____

Epitrope.

Planè aut dissimulans permittit Epitrope factum. Fac

Ob. Siquid est quod indagaris, inveneris, ex tenebris exueris, quanquàm iniquum est. Resp. Tamen consume sanè, quotiens commodum est: quoniam tu quidem astutissimi, &c.

Gron. Neglige pietatem, contemne Deum, fiat sanè sed cum periculo fiat.

G. Fuge, sed poteris tutior esse domi.

Obsibi si isthoc placeat, profundat, perdat, pereat, nihil ad nos attinet.

Pro Flacco. Objecho intelligitur. Responsio est. Sitemus igitur Zentulo: parcentemus Cethego: reducemus ejectos: pietati & clementiæ amoris in patriam victissim non patebit

N. B. Prolepsis fere Prosopopœiam conjunctam habet:

ideoque alias { obliqua / directa } est.

OBLIQUA est, quæ imperfectam solummodo Prosopopœiam adjunctam habet; ut, Cic. pro Amer. *Credo ego vos (Indices!) mirari, quid sit, quod cum tot summi Oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, &c.*

Tandem responsio subjungitur.

Quæ me igitur res præter cæteros impulit, ut caussam Sexti Roscii reciperem?

DIRECTA est, quæ plenam habet Prosopopœiam ut, Cic. pro Cælio. *Dicet aliquis, hæc igitur est tua disciplina? Sic tu institues adolescentes?*

CAP. XIX.

97. *Quid est Epitrope?*

EPITROPE est, cum facti cujuspiam licentia condonatur.

98. *Epitrope quotuplex est?*

Epitrope duplex est: { Seria, / Ironica.

Seria: pro Flacco. *Tribuo Græcis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam siqua sibi alia sumant, non repugno: testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit.*

Ironica: ut——————*neque te teneo neque dicta refello. I; Sequere Italiam ventis; pete regna per undas.*

99. Quid

99. *Quid est Synchorésis?*

SYNCHORESIS est, cùm dictum aliquod, aut argumentum condonatur: ut, *sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium vitiorumque princeps: ac est bonus Imperator.*

CAP. XX.

Hactenus de Elocutione, primâ Rhetorices parte, in Tropis & Figuris expositâ.

100. *Quid est Pronunciatio?*

PRONUNCIATIO est, externa exornatio Orationis.

Quare dicitur Externa?

Externa dicitur ad differentiam Elocutionis, quæ est *interna* exornatio Orationis.

101. *Quot sunt Pronunciationis partes?*

Pronunciationis partes duæ sunt? { Vox, seu *Prolatio.* / Gestus, sive *Actio.*

De *Prolatione* Canones.

I. *Oratio non eodem tenore, sed gratâ vocis varietate proferenda.* Perpetuâ enim μονοτονία turpis & ingrata est.

II. *Nè sit vox gravissima nève acutissima.* Nam submisso illo murmure debilitatur omnis intentio: contrà autem, omnia clamosè dicere insanum est. Et quod majus insciticæ fu-

ri

Synchoresis.

Sint christiani pauperes, sint mundo immundo exosi; sunt tamen Cæli Hæredes. Pro Rabirio: (ob.) At fuit cum Saturnino vester Patruus. (Resp.) Fuerit: & fuerit nulla desperatione rerum suarum, multis vulneribus domesticis coactus: induxerit eum L. Saturnini familiaritas, ut amicitiam patriæ anteponeret: (Incert.) Id certe non oportuit C. Rabirium deficere à Republica.

rit argumentum, quàm clamore applausum quærere velle? quales verius *Clamatores* dixeris quàm *Oratores*. *Cicero* eos Claudis esse similes dicebat; nempe, quia ut hi ob imbecillitatem suam ad equum confugiunt: ità isti in voce Stentoreâ, tanquam in Jumento, fiduciam omnem apud imperitiores ponunt. Atqui ut bene olim dictum fuit, cognoscitur Orator ἐκ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς γνώμης, *non ex voce, sed ex mente.* Voss.

III. *Singulæ cujusque dictionis syllabæ, præsertim extremæ, distinctè & claræ proferantur.*

Quia terminationis occultatio occultat ferè sensum sententiæ: hic tamen supinâ discentium (nè dicam docentium) negligentia in scholis nonnullis nimium peccatur.

IV. *Emphatica, atque præcipuæ notæ verba, præsertim antitheta, seu invicem respondentia, paulo altiorem vocis & tonum & sonum requirunt:* ut.

An linguâ & ingenio, *patefieri aditus ad civitatem potuit*; manu & virtute *non potuit?* Hìc verba emphatica, *linguâ* & *manu*, *ingenio* & *virtute* invicem respondent: ideoque clariori voce proferenda sunt.

V. *Vox*, quantum *ad orationis partes*,

1. *In exordiis*, submissa ac verecunda.
2. *In narratione*, simplex & aperta, familiari colloquio similis.
3. *In positione*, tardior & clarior.

4. In *Confirmatione* fit varia : nempe in
   - *explicando*, recta & medi inter acutã & graven
   - *probando*, gravis, agilis, & acris.
   - *amplificando*, contenta fortis, & penetrans.

5. *In confutatione*, fit vehementior & severior & si efferenda sit Ironia, jocosa.

6. *In Epilogo*, excitata, quasi partâ victoriâ.

VI. *Ratione affectuum, sit vox*

1. *In miseratione*, flexibilis, plena, interrupta, flebilis.

2. *In Iracundia*, acuta, incitata, crebro interrupta, nutans, vacillans, & proferens verba tertiata.

3. *In metu & verecundia*, contracta, demissa, hæsitans & abjecta.

4. *In voluptate*, lenis, tenera, effusa, hilarata, remissa.

5. *In dolore sine commiseratione*, gravis & obducta sono, & pressu imo.

6. *In dolore commiseratione*, tristis, blanda, & submissa.

7. *In* *blandiendo*, *fatendo*, *satisfaciendo*, *rogando*. } lenis & submissa.

8. *In* *suadendo*, *monendo*, *promittendo*, } gravis ac fortis.

9. *In consolando*, tristis, blanda, & submissa.

10. *In laudando*, *gratiarum actione*, *& similibus*, læta, magnifica, & sublimis.

De

De geſtu Regulæ.

Quæ ſunt de geſtu { Totius Corporis. / Singularum partium.

Totius Corporis:

I. *Corpus inter perorandum ſit ſecundum naturam erectum & elevatum.*

II. *Corpus moderatè moveatur*; nè ſit immobile inſtar trunci, aut agitetur inſtar rami à ventis impulſi.

Singularum partium:

III. *Caput* erigatur in cauſâ bonâ; demittatur modicè ad ſignificandum modeſtiam, verecundiam, & humilitatem: cætera ſit erectum ſecundùm naturam.

IV. *Oculi* aperti ſignificant favorem; immoti & blandi fiduciam; immoti & rigidi vehementiam; conniventes diſſimulationem, expectationem, & admirationem.

V. *Cervice* utendum erectâ, non tamen rigidâ.

VI. *Humeri* non alleventur nimìs, aut contrahantur.

VII. *Brachia* modicè projiciantur, & dextrum potius quam ſiniſtrum faciat geſtum.

VIII. *Manus* optimè à ſiniſtro incipiat latere, ac dextro deponitur.

IX. *Pectus* feriatur, & femur in affectibus vehementioribus.

X. In *Pedibus* obſervetur { Status. / Inceſſus.

In dextrum aut lævum latus vacillare, alternis pedibus insistendo, ridiculum est. *Supplosio* tamen *peais* in contentionibus & incipiendis & finiendis est opportuna.

Incessus permissus est Oratori, sed rarus, & tantum in causis publicis, ubi Suggestum amplum & spatiosum est: discursare autem ineptissimum.

Atque hæc de Gestu Corporis sufficiat monuisse: Reliqua, quæ ad Actionem pertinent, exercitationi relinquemus; cui plus hoc agendi artificium debet quàm Præceptis.

F I N I S

Δόξα τῷ Θεῷ.

Ellipsis.

Dicitur Ellipsis, si ad sensum, dictio deest. Faxn. non est solvendo. dicunt. quid plura? quid ipsis? Cælius in Antonium: Stygere gaudio Græcus, Subauditur egisti. Ex pede Herculem: ubi omittitur Computes magnitudinem. Turpe dictu, Subauditur Est. Pauca loqui, Subaud. verba. Præ quod tu veli, Subaud. eo. Rari quippe Boni, Subaud. sunt. Ingenii auctore, Subaud. Existente. Vereor ne possit, Subaud. Non. Velim suspicias, Subaud. Ut. Despiciens æthere Summo, Subaud. ex æthere. Me miserum, Subaud. Heu. Memini videre, Subaud. me. Ego continuò mecum, Subaud. Cogitabam.

Pleonasmus.

Vocibus excuperat Pleonasmus, & Emphasin auget. Auribus his audivi. oculis vidi. ore locutus. Faxn. Cic. Accipias igitur hoc parvum opusculum. Ubi gentium quo terrarum abiit? Ter. Te interea loci cognovi. Nihil hinne lectius. Ter. Ego hominem callidiorem vidi neminem quàm Phormionem. Suo sibi hunc jugulo glu

APPENDIX

De *Figuris Secundariis.*

Primariis Dictionis ſententiæ Figuris (οἷον ἐν προσήκης μέρει) adjiciantur totidem in utroque ſecundariæ.

Figuræ Dictionis ſunt octo:

1. *Ellipſis,*
2. *Pleonaſmus,*
3. *Aſyndeton,*
4. *Polyſyndeton*
5. *Hypebaton,*
6. *Zeugma,*
7. *Antitheſis,*
8. *Græciſmus.*

Quæſt. 1. *Quid eſt Ellipſis?*

ELLIPSIS eſt, quando Verbum aliquod in conſtructione neceſſarium, omittitur, ad exprimendum affectum. Ità *admirationem* præ ſe ferit imperfecta illa Veneris ocutio. Æn. 1. *Sed vos qui tandem?* — ubi omittitur [*eſtis.*] Et illa Pamphili *indignationem*: Ter. ct. 1. Scen. 5. *Tantamne rem tam negligenter agi?* bi deeſt [*decet.*]

Quæſt. 2. *Quid eſt Pleonaſmus?*

PLEONASMUS eſt, quando verbum aliquod in oratione redundat.

N B. Indicat autem, cum emphaſi, vehementiam, aut certitudinem: ut, *Ubi gentium? Hiſce oculis vidi.* Sed qui talem emphaſin non habet, otioſus eſt, & vitioſus.

Quæst. 3. *Quid est Asyndeton?*

ASYNDETON est, quando in vocabulorum congerie omittitur Conjunctio copulativa, ob celeritatem & acrimoniam: ut, *Tot res repentè circumvallant, unde emergi non potest; vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia.* Ubi singulæ voces asyndetæ sunt emphaticæ.

Quæst. 4. *Quid est Polysyndeton?*

POLYSYNDETON est, quando Conjunctiones, ob orationis gravitatem, neque etiam sine emphasi, redundant: ut, *Liv.* lib. 8. Dec. 3. *Et somnus, & vinum, & epulæ, & scorta, & balneæ, corpora atque animos enervant.*

Quæst. 5. *Quid est Hyperbaton?*

HYPERBATON est verborum, à recto constructionis ordine, in alium concinniorem, elegantiæ & varietatis ergô, transpositio: ut, in primâ primæ orationis sententiâ. *Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, eæ contra nos amba faciunt in hoc tempore, summa gratia & eloquentia; quarum alteram (C. Aquilli!) vereor, alteram metuo: Eloquentia Q. Hortensii, nè me dicendo impediat, nonnihil commoveor: gratia S. Nævii nè P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter pertimesco.* Naturalis enim ordo longè diversus est; *Gratia & Eloquentia summa, quæ duæ res possunt plurimum in civitate ambæ eæ faciunt contra nos in hoc tempore: quarum vereor alteram, (C. Aquilli!) metuo alteram: commoveor nonnihil, ne eloquentia Q. Hortensii impediat me dicendo: pertimesco verò id non mediocriter, ne gratia S. Nævii noceat P. Quinctio.* Quam hic ordo absonus, quam ingratus foret?

Quæst. 6.

Asyndeton.

Dialyton tollit junctiuram & Asyndeton, idque
ctriculus faciet: Rex, miles, plebs negat illud. Farn.
Frange toros, pete vina, rosas cape, tinge nardo.
Ter. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosterrem. Veni, vidi, vici. Velis, nolis, fiet. Ede, bibe, lude.
Ferte citò ferrum, date tela, scandite muros. An. 8.

Polysyndeton.

Conjunctura frequens vocum Polysyndeton esto:
Fataque fortunasq; virûm moresq; manusq.
Et properare loco, & cessare & quærere & uti.
Et consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere, &c.

Hyperbaton.

Est vocum inter se turbatus Hyperbaton ordo:
Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes, Farn.
Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus, heros
Dividit.

Zeugma.

Suppositis multis si verbum inserviat unum,
Aut Adjectivum, fit Zeugma: hîc illius Stemma Farn.
Hic Curtius fuit, hîcus erit tibi Salvius & Hoedi.

Antithesis.

In bona segete, nonnulla spica nequam, neque in
malâ non aliqua bona. Habet assentatio jucunda prin-
cipia; eadem exitus amarissimos adfert.
——— plus hujus inopia possit ad misericordiam, quàm
illius opes ad crudelitatem.

Græcismus.

Hellenismus erit phrasis aut Constructio Græca.
Desine clamorum. fallunt. ardebat Alexin. Farn.
Cunctæ Terrarum, pro Cunctæ Terræ. (Cic. Nobis non
licet esse tam disertis. (Ter. Vobis expedit esse bonas.
——— dediciße fideliter artes
Emollit mores. Virg. Cui nec certaverit ulla. Virg.
Hor. Desine Curarum, pro a Curis. Noli pugnare duobus,
i.e. contra duos. Ostavit Pauper vivere, pro Pauperem
Audisti Rex pater, i.e. dictus vel appellatus. Victor
Victorum Cluet, i.e. videtur, apparet. Cluet Regum Con-
ditor, i.e. audit, nominatur. Misit orare, pro oratum.

Hysterologia.

Hysteron & Proteron sive Hysterologia Secundo
Prima loco ponit: Tabinæ, Tiburs venit. Farn.
Detrudunt naves Scopulo, nutrit Veneris. Valet alg. vivit.

Quæst. 6. *Quid est Zeugma?*

ZEUGMA est, cùm Verbum aliquod, aut Adjectivum, semel in sententiâ expressum, ad plura diversorum Generum, Numerorum, aut Personarum, suppositа refertur, cum quorum proximiori concordat: ut, *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.*

Est autem triplex:

Prozeugma; cùm vox illa communis exprimitur in principio: ut,

——Sunt *nobis mitia poma*,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.

Mesozeugma; cùm in medio: ut,

Semper honos, nomenque tuum, *laudes*que *manebunt.*

Hypozeugma; cùm in fine: ut, Ovid.

Non Venus & vinum sublimia pectora fregit.

Quæst. 7. *Quid est Antitheſis?*

ANTITHESIS est, cùm Oppositа [seu Antitheta] in oratione invicem respondent: ut,

Obsequium amicos, Veritas odium parit.

Quæst. 8. *Quid est Græcismus?*

GRÆCISMUS [sive Hellenismus] est, quando constructio Græcæ linguæ propria in sermone Latino usurpatur: ut, *Canum degeneres caudam sub ventre reflectunt.* *Nigræ lanarum nullum colorem bibunt.* Sic Græci; Hocr. Ἄχθον γὰρ τὰς μὲν γυναῖκας ἀποκλείειν τὰ καλὰ τῶν ζώων, τὰς δὲ παῖδας μιμεῖσθαι τὰς σπουδὰς τῶν γονέων.

His addantur

HYSTEROLOGIA [sive Hysteron Proteron] cùm in oratione, quod naturæ ordine præcedit, sequitur: ut, Virg.

Postquam alios tetigit fluctus, & ad æquora venit.

ANTIPTOSIS est, cum casus pro casu ponitur: ut, *Urbem quam statuo, vestra est*; pro *Urbs*.

HYPALLAGE est, cùm duæ dictiones commutant casus: ut, *Dare classibus Austros*; pro *dare classes Austris*.

Figuræ Sententiæ decem.

1. *Parrhesia*,
2. *Erotesis*,
3. *Parenthesis*,
4. *Paratheſis*,
5. *Periphraſis*,
6. *Synonymia*,
7. *Hypotypoſis*,
8. *Præmunitio*,
9. *Tranſitio*.
10. *Rejectio*.

Quæſt. 1. *Quid eſt Parrhesia?*

PARRHESIA est, cùm rem invidiosam, aut odiosam liberè eloquimur apud eos, quos vereri debemus. Et est duplex; vel qua crimen nobis intentatam confidenter fatemur & defendimus, vel qua aliis crimina audacter objectamus & reprehendimus.

Quæſt. 2. *Quid eſt Erotesis?*

EROTESIS est locutio, qua aut

1. Sciscitamur; ut,

—cujum pecus? an Melibœi?

2. Instamus; ut,

Quousque tandem, Catilina, abutere patientia vestra?

3. Con-

Antistoichis.

Antistoichis amat pro Casu ponere Casum. Farn.
Ter. Eunuchum, quem dedisti nobis quas turbas dedit?
Trabeate salutas, pro Trabeatus. Somonem quem audistis non est meus, pro Servo. nam expedit bonus esse vobis. pro vos. Sum in ætatis, pro Ejus ætatis. Venit in mentem illius temporis. pro, Illud tempus.

Hypallage.

Casu transposito submutat Hypallage verba.
Impia trahit. Videt hos ortus, duce Cluvibus Austros.
Gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus: pro vaginam gladio vacuam.
Per figentes terram lumine, pro figentes lumina in terrâ.

Exotesis.

Quærit Exotesis, potuerat quod dicere rectè. Farn.
Et procul, o miseri, quæ tanta insania, cives?
Creditis avectos hostes? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaum? sic notus Ulysses?

3. Contrarium vehementer enunciamus; ut, Virg. Æn.
Et quisquam numen Junonis adoret?
An mihi cantando victus non redderet ille?
Est etiam ubi negativa Interrogatio, cum increpatione jubet; & affirmativa similiter vetat: ut Virg. Æn. 4.
Non arma expedient, totâq; ex urbe sequentur.

Parenthesis.

Membrum interjecto sermone Parenthesis auget. Fab.
Credo equidem (nec vana fides) genus esse Deorum.
Quam vos (inquit Fabius) Interpositionem, Græci Parenthesin vocant: dum continuationi sermonis medius aliquis sensus intervenit.

Paralepsis.

Et casu subjectantiva apponuntur eodem.
Turba molesta procul. Mons Taurus. fons Aganippe. Farn. urbs Roma. Marcus Tullius Cicero. Flumen Rhenus. Animal Equus.

Periphrasis.

Rem circumloquitur per pluxa Periphrasis unam. Fr.
Trojani belli Scriptor. Chironis Alumnus.

Romana Eloquentiæ Pater, pro Cicerone. Africæ Vict. pro Scipione. Nepos Atlantis, i. e. Mercurius. Chironis Alumnus, i. e. Achilles.

3. Contrarium vehementer enunciamus: Interrogatio enim affirmativa vehementer negat; negativa vehementer affirmat.

Quæſt. 3. *Quid eſt Parentheſis?*

PARENTHESIS eſt ſententiola ſententiæ partibus commodè inſerta, ſed nec cum priori, nec cum poſteriori cohærens. De qua duæ notantur Regulæ:

1. Nec longa, nec frequens ſit; quia hiulcam reddit orationem & obſcuram.
2. Parentheſis Parentheſi rarò inſeratur.

Quæſt. 4. *Quid eſt Paratheſis?*

PARATHESIS eſt, quando declarationis & diſtinctionis gratia, nomen nomini in eodem caſu apponitur: ut, *Lupum* [piſcem] *non vidit Iulia.*

Quæſt. 5. *Quid eſt Periphraſis?*

PERIPHRASIS eſt, rei quæ verbo uno dici poteſt, per plura explicatio.

N. B. Hęc quatuor præcipuè modis fit:

1. Cùm Patria, Secta, aut Facinus proprii nominis loco ponitur; ut, *Venuſinus Poëta*, pro *Horatio*; *Sulmonenſis Vates*, pro *Ovidio*; *Peripateticæ Scholæ Princeps*, pro *Ariſtotele*; *Stoicæ Familiæ Pater*, pro *Zenone*; *Everſor Carthaginis*, pro *Scipione*; *Trojani Belli Scriptor*, pro *Homero*; Ὁ τὰ [illegible] γράψας, *Stephanus*; Ὁ περὶ σχέσεων ἐξηγητὴς, *Hermogenes Rhetor*; Ἀλεξανδρεὺς ῥήτωρ ὁ τὰ ἐφεπτικὰ παίξας, *Achilles Statius.*
2. Etymologia, cum videlicet nominis rationem explicamus; ut, *Alienæ hæreditatis captator*, pro *hæredipeta*, *Vir ſapientiæ ſtudioſus*, pro *Philoſopho*; *Veri Dei cultor*, pro *Chriſtiano.*

3. Notatione,

3. Notatione, cum notis ac signis quibusdam ac circumstantiarum rem quamdam depingimus; ut, *Caput unx scalpit digito*; pro *molli. Cubito se emunit*; pro *Sulsamentario.*

4. Finitione; ut, *Ars ornate dicendi*; pro *Rhetorica. Legum ac civium libertatis Oppressor*; pro *Tyrannus.*

Quæst. 6. *Quid est Synonymia.*

SYNONYMIA [sive Palilogia] est congeries Synonymorum; ut, Virg. Æn.

Quem si fata virum servant sit vescitur aura
Æ thereq, nec adhuc crudelibus occupat umbris,
Non metus — —

Quæst. 7. *Quid est Hypotyposis?*

HYPOTYPOSIS est, cum res tota ita particulatim & ordine exprimitur, ut coram videri videatur.

Quæst. 8. *Quid est Præmunitio?*

PRÆMUNITIO [sive Præparatio] est, quando adversus eorum, qui dicturi sumus, reprehensiones, nos præmunimus, rationem aliquam aut causam prætendentes.

Quæst 9. *Quid est Transitio?*

TRANSITIO est, qua connectuntur partes orationis.

Duplex est;

1. Perfecta; qua dicitur & quid dictum sit, & quid dicendum; ut, Virg. Georg. 2.

Hactenus arvorum cultus, & sidera cæli,
Nunc te Bacche canam, &c.

2. Imperfecta; qua, aut quid dictum, aut quid dicendum sit, dicitur, ut, Salust. in Jugurth. *De Africa & ejus incolis ad necessitudinem rei satis dictum,*

Fit

4. Doctrina dicendi, pro oratoria. Torrens Copia dicendi, i.c. eloquentia.

Synonymia.

Verba, Synonymia addit rem significantia eandem. Farn. Enses & Gladij. Prostrabit, prostrauit, afflixit. Abijt, excessit, ebasit, erupit. Quid cupiebas? Quid optabas?

Hypotyposis.

Res, loca, personas, affectus, tempora, gesta exprimit, atque oculis subijcit Hypotyposis. Farn.

Μετάβασις
Transitio.

Fit octo modis:

I. Ab æquali; ut, *At hæc erant jucundissima, nec minus voluptatis attulerunt illa.*

II. Ab inæquali; ut, *Sed hæc utcunque, ignoscenda, quis ferat? audistis gravissima, sed audietis graviora.*

III. A simili; ut, *Hæc perfida designavit, cujus generis sunt & illa, quæ Romæ patrasse dicitur.*

IV. A contrario; ut, *Sed hæc juvenis peccavit, nunc senis virtutes audietis.*

V. A diverso; ut, *De moribus habes, nunc de doctrina reliquum est ut dicamus.*

VI. Quasi per occupationem; ut, *Jam ad reliqua properabimus, si prius illud unum adjecerimus.*

VII. Per reprehensionem; ut, *Quid his immoror? ad id, quod est hujus caussæ caput, festinet oratio.*

VIII. A consequentibus, sive à relativis; ut, *Habes quid in illum contulerim beneficiorum, nunc quam gratiam mi retulerit, audi.*

Quæst. 10. *Quid est Rejectio?* Ἀποδιώξις.

REJECTIO est, cum aliquid aut in alium locum, aut in aliud tempus rejicimus; aut omnino à caussa & oratione nostra removemus; ut, *Sed de Lucullo alio dicam loco: & ità dicam, ut neque vera laus ei detracta oratione mea, neque falsa afficta esse videatur.*

De his rebus alio tempore dicetur.

N. B. Scitum est caussam in tempora conferre, cum afferre plura, si cupias, non queas.

Omnia

Teosi, Hermogeni λέξεις τετραμμέναι; Ciceroni immutationes & verba inflexa ac modificata; Horatio detorta; Fabio accersita dicuntur.

Omnia ferè hujus Artis Vocabula (ut & aliarum) origine Græca ſunt. Horum igitur natales indigitare, Etymologiæque rationem, in Juniorum gratiam, explicare, & hoc in loco ſubjicere viſum eſt.

Περὶ τοῦ ὀρθῶς διδάσκειν δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα.

RHETORICA [ſubintellige *Ars*, vel *facultas*] Ῥητορικὴ [ſcil τέχνη] ἀπὸ τοῦ ῥέω *dico*, quia eſt ars ornatè dicendi, Ῥέω autem hoc modo formatur; εἶρω *dico* eſt inuſitatum; Futurum, ἐρῶ· Ἰωνικῶς διαλύσει, ἐρέω *dicam*; unde deducitur Præſens novum ἐρέω *dico*, κατ' ἀφαίρεσιν, ῥέω (ſicut ab ἐρύω fit ῥύω) Futur. ῥήσω, Præter ἔῤῥηκα, Atticè εἴρηκα (ut εἴλησα pro λέλησα) Præt. Paſſ. ἐῤῥήμην·· ἔῤῥησαι ἔῤῥηται. Unde ῥῆμα·· ῥῆσις·· ῥήτωρ, & ῥητορικὴ.

Tropus, τρόπος à Præt. Med. τέτροπα, quod à τρέπω *muto*, *immuto*; eſt enim λέξεων ἐκτροπὴ, *deflexio à communi uſu*, & *propria ſignificatione*. Cic. lib. declar. Orat. *Ornari orationem Græci putant, ſi verborum immutationibus utantur, quas appellant τροπὰς, & ſententiarum, orationisque formis, quas vocant σχήματα.*

Ca-

Catachresis, κατάχρησις, *abusio*: a κατάχρωμαι, --ῶμαι *abutor*, quia alienis abutimur, cum propria deficiunt; à χράομαι, Præt. κέχρημαι, κέχρησαι, &c. unde χρῆσις, & cum Præp. κατὰ (*contrarium* significante) κατάχρησις.

Hyperbole, ὑπερβολὴ, *superlatio*; ab ὑπερβάλλω, *supero*; quia alicujus augendi, minuendive causâ superat veritatem.

Auxesis, αὔξησις, *augmentum, incrementum*, ab αὐξάνω--ῶ *augeo* (pro quo in usu est αὔξω, *amplifico*;) quia amplificando rem auget.

Meiosis, μείωσις, *imminutio, extenuatio*, ἐλάττωσις; a μειόω--ῶ, *minuo minorem reddo*; ex Comparativo μεῖον. ut Synonymum ἐλαττόω ex ἔλαττον.

Tapeinosis, ταπείνωσις, *humiliatio, submissio*; a ταπεινόω--ῶ, *humilem reddo, submitto*; quia hac Figura rei magnitudo & dignitas verbis minuitur.

Metalepsis, μετάληψις, *transsumptio*; ἀπὸ τῦ μεταλαμβάνω, quod inter alia significat *transsumo*. Variè sumitur: *Apud Rhetores*, est status quidam, nempe controversia quædam judiciū præcedens; ita dicitur, quia à judice in judicem, ab accusatore in accusatorem, a tempore in tempus, à loco in locum, vel denique cum negatur agendum hac lege, hac pœna, ob hoc crimen, *Voss.* l. 1. c. 10.

Μετάληψις, *apud Poetas* est, cum nomina ejusdem significationis inter sese permutantur, ut, cum γλήνη (*pupilla*) ponitur pro *puella*, quia κόρη etiam illa duo significat. *Quintil.* lib. 8. cap. 5. *Superest ex iis, quæ aliter significant,* μετάληψις, *id est*, transsumptio, *quæ ex alio in aliud velut vitam præstat, Tropus & variissimus & maxime improprius. Est enim hæc in* Metalepsi *natura, ut inter id quod transfertur, & sit medius quidam gradus, nihil ipse significans;*

significans, sed præbens transitum; quem Tropum magis efficacem, ut habere videremur, quàm ut alio in loco consideremus. Itaque hæc *Metalepsis* est in una voce continuatio Tropi per successionem significationum: sicut *Allegoria* est continuatio Troporum in diversis dictionibus, & hæc aliquando censuratur. Ideo *Eustathius* Μετάληψιν alicubi exponit Ἀλληγορίαν, & μεταλαμβάνειν ei est *Allegorice significare.*

Μετάληψις, *apud Grammaticos*, quæ alio nomine κλίσις, cujus est usus in constructione, quum casus, qui præcedit suam ἀκολουθίαν non servat, sed in alium μεταλαμβάνεται, aut μεταλλάττεται. Cujus Schematis exempla vide apud *Eustath.* p. 102.

Λαμβάνομαι, Perf. λέλαμμαι (Atticè εἴλημμαι) λέλημμαι, &c. inde λῆψις, & cum Præp. μετά, Μετάληψις.

Allegoria, Ἀλληγορία, *inversio, permutatio*, cùm aliud verbis, aliud sensu proponitur, ad ἄλλο & ἀγορεύω, i. e. ἀγορεύω dico; ἄλλο γὰρ ἀγορεύει, ἄλλο δ' νοεῖ. Continet illa plures translationes & continuas, ideoque perpetua *Metaphora* dicta est; ut *Hor.* lib. 1. Od. 14.

O *Navis, referent in mare te novi*
Fluctus: O quid agis? fortiter occupa
Portum, &c.

In qua *Navem* pro *Republica*; *Fluctus* pro *tempestatibus* pro *Bellis civilibus*; *Portum* pro *Pace & Concordia* intelligi voluit.

Metonymia, μετωνυμία, *transnominatio*: a Præpositione μετά & ὄνομα *nomen*. A *Fabio* exponitur nominis pro nomine positio; cujus vis (inquit) pro eo quod dicitur; causam, propter quam dicitur, ponere Iro-

Ironia, εἰρωνεία, *simulatio, irrisio*: ab εἴρω dico; unde εἴρων *simulator, qui aliter dicit ac sentit*: ex quo εἰρωνεία accipi solet pro *dissimulatione*, qua aliter sentimus, aliter loquimur.

Paraleipsis, παράλειψις, *præteritio*: à παραλείπω, *prætermitto, omitto, relinquo*. Ea utimur, quia res notæ aut parvæ sunt, aut quia ingratæ futuræ existimantur. Eadem & *Parasiopesis* dicitur.

Apophasis, ἀπόφασις, *negatio*: ab ἀποφημι, *nego*.

Metaphora, μεταφορὰ, *translatio*: à μεταφέρω, *transfero*.

Synecdoche, συνεκδοχὴ, *comprehensio*: à συνεκδέχομαι, *comprehendo*, vel *unà excipio*; quia est Tropus, quo ex uno plura intelligimus, parte totum, specie genus, præcedentibus sequentia, vel contra. *Quintil.* lib. 8. cap. 6.

At *Grammaticis* συνεκδοχὴ vocatur, cùm nomen aut verbum universale restringitur ad partem, vel aliquid saltem speciale, quod per Accusativum effertur: ut, *rabet capillos*. *Synecdoche* autem appellant, quia particulare comprehenditur ab universali. Alii malunt vocare ἔλλειψιν Præpositionis *secundum*, ut apud Græcos intelligi solet κατὰ. *Voss.* Part. Orat. lib. 4. cap. 6.

Rhythmus, ῥυθμὸς, numerus, qualis est, in Musica. Ῥυθμὸς ab Hesychio exponitur κανὼν, μέτρον, τρόπος, μέλος ἔυφωνον, ἀκολουθία, τάξις, ζύσχεσις. Suid. τάξις ἐμμελὴς ἀκολουθία ἁρμονίας 1. *Est ordo Motionis*; 2. *Numerus Musicus*, qui certo temporum spatio constat; 3. *Numerus Oratorius*; 4. *Numerus Poeticus*. præcipue certa in versibus homœoptotis mensura: ἀπὸ τοῦ ῥύω-

ῥύσω,

ῥύσω, ῥυσμαλικὸν ὄνομα ῥυσμὸς, καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς θ — ῥυθμός. ἢ ἐκ τοῦ ἐρύω, τὸ ἑλκύω, ἐρυσμὸς, καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ε καὶ τροπῇ — ῥυθμὸς, ut significetur æquabilis tractus. Etym. pag. 706. 13.

Metrum, μέτρον, *mensura, modus*, deinde *carmen ex mensuris certorum pedum constans*. ἀπὸ τοῦ μείρω τὸ μερίζω, καὶ ἀριθμῷ γίγνεται μέτρον, καὶ ἀποβολῇ τοῦ ρ μέτρον: sicut à φέρω φόρτος, & à δέρω δέρτος, Etym. 541. 46.

Metaplasmus, μεταπλασμὸς, *transformatio*, à μεταπλάττω *transformo, transmitto, transfiguro*.

Synalœpha, Συναλοιφὴ, *vocalium commixtio, unio duarum syllabarum*, quantum ad vocales, *in unum*. à verbo συναλείφω *co-ungo, simul ungo*; Metaphoricè pro *commisceo, confundo, in unum contraho*: sic dicunt: τὸ α καὶ τὸ ε εἰς ω Συναλείφεται i. e. κιρνᾶται.

Ecthlipsis, ἔκθλιψις, *elisio, extritio*: à verbo ἐκθλίβω, *extero, elido, excludo*.

Prósthesis, πρόσθεσις, *appositio*: à προσίθημι, *appono*.

Aphæresis, ἀφαίρεσις, *ablatio*: ab ἀφαιρέομαι, *aufero*.

Epénthesis, ἐπένθεσις, *interpositio*: ab ἐπεντίθημι, *interpono*.

Syncope, Συγκοπὴ, *concisio*: à συγκόπτω, *concido*,

Paragóge, παραγωγὴ, *productio*: à παράγω *produco*. Tryphon προσημαλισμὸν vocat.

Apócope, Ἀποκοπὴ, *abscissio*: ab ἀποκόπτω, *abscindo*.

Diæresis, διαίρεσις: à διαλύω, *dissolvo*.

Synæresis, συναίρεσις, *contractio*, à συναιρέω, *in unum contraho*; dicitur etiam ἐπισυναλοιφὴ, *coalitura*: ab ἐπὶ *ad*, & συναλείφω, *collino, commisceo*.

Tmesis, τμῆσις, *sectio, divisio:* à τέμνω, *seco;* pr. pass. τέτμημαι· σαι· ται, unde τμῆμα, τμῆσις, τμητός.

Metáthesis, μετάθεσις, *transpositio:* à μετὰ & τίθημι *pono.*

Antíthesis, ἀντίθεσις, ab ἀντὶ *pro,* & τίθημι.

Diastole, διαστολὴ, *extensio, diductio, dilatatio:* figura, quâ syllaba contra naturam extenditur, proferturque ore διεσταλμένως, *diducto* & *dilatato,* cùm tamen sit pronuncianda συνεσταλμένως, i. e. *contracto:* à στέλλω. præt. m. ἔσταλα, unde cum præp. διαστολή. Aliter vocatur ἔκτασις, i. e. *extensio.*

Systole, συστολὴ, *correptio:* cui opponitur διαστολή. à pr. med. ἔσταλα.

Epizeuxis, ἐπιζευξις, *adjunctio:* ab ἐπιζεύγνυμι, *conjungo desuper innecto.*

Anadiplòsis, ἀναδίπλωσις, *reduplicatio:* à præp. ἀνὰ, & διπλόω ώσω, *duplico.*

Climax, κλίμαξ, *gradatio:* παρὰ τὸ κλίνω. perf. pass. κέκλιμαι, unde κλίμαξ.

Anáphora, ἀναφορὰ, *relatio:* ab ἀναφέρω, *refero.*

Epistrophe, ἐπιστροφὴ, *conversio:* ab ἐπὶ & στρέφω, *verto.*

Symploce, συμπλοκὴ, *complexio, complicatio:* à συμπλέκω, *complico, connecto.*

Epanalépsis, ἐπανάληψις, *resumptio:* verbum decomp. ab ἐπὶ, ἀνὰ, & λαμβάνω, perf. pass. λέλημμαι, λέλημαι - inde λῆψις, & in compositione cum præp. ἐπανάληψις.

Epánodos, ἔπανοδος, *regressio;* cùm per eadem recurrimus, verba inverso ordine relegentes: ab ἐπὶ & ἄνοδος quod ab ἄνω & ὁδὸς.

Paronomasia,

Paronomasia, παρονομασία, *adnominatio*: à præp. παρὰ, & ὄνομα *nomen*.

Polyptóton, πολύπτωτον, *variatio casuum*; q.d. variè πτωτὸν, i. e. *cadens*; multitudo casuum varietate distincta.

Logismus, λογισμὸς, à λογίζομαι, præt. λελόγισμαι.

Ecphonésis, ἐκφώνησις, *exclamatio*: ἀπὸ τῦ ἐκφωνέω —ήσω.

Epiphonéma, ἐπιφώνημα, *acclamatio*: ab ἐπιφωνέω, *acclamo*.

Epanorthósis, ἐπανόρθωσις, *correctio*: ab ἐπανορθόω, *corrigo*.

Aposiopésis, ἀποσιώπησις, *reticentia*: ab ἀπὸ & σιωπάω ήσω, *obticeo*.

Apóstrophe, ἀποστροφὴ, *aversio*: ab ἀπὸ & στρέφω.

Prosopopœïa, προσωποποιΐα, *fictio personæ*: à πρόσωπον, *persona*, & ποιέω.

Apória, ἀπορία, *addubitatio*: ἀπὸ τῦ ἀπορέω, fut. ἀπορήσω, ᾗ ἀπορῶμαι, *ambigo*, *dubito*, *hæreo animi*, *pendeo*.

Anacœnósis, ἀνακοίνωσις, *communicatio*: ab ἀνὰ & κοινόω, *communico*.

Prolépsis, πρόληψις, *occupatio*, *anticipatio*, à πρὸ & λαμβάνω, præt. λέλημμαι, λέλῆψαι, &c. inde λῆψις, & cum præp. πρόληψις.

Prosapódosis, προσαπόδοσις, *redditio*: à προσαποδίδωμι, *reddo*, *insuper do*, *addo*.

Hypóphora, ὑποφορὰ, *objectio*: ab ὑποφέρω, *objicio*.

Anthypóphora, ἀνθυποφορὰ, *subjectio*: Quint. lib. 9. ab ἀνθυποφέρω, *per sermonis exceptionem objicio*, *tacitè adversarii objectionibus occurro*.

Epítrope, ἐπίτροπὴ, *permissio*: ab ἐπιτρέπω, *permitto*, *concedo*.

Synchotésis, Συγχώρησις, *concessio*: à Συγχωρέω, *concedo.*

Ellipsis: Ἔλλειψις, *defectus*: ab ἐλλείπω, *deficio.*

Pleonasmus, πλεονασμὸς, *redundantia*: à πλεονάζω, *redundo.*

Asyndeton, ἀσύνδετον, *inconjunctum*: vocatur Διάλυτον, *dissolutum*; oratio, in quâ omittuntur copulativæ particulæ: ut, *veni, vidi, vici*: ab α privativâ particulâ, & Συνδετὸς, *colligatus*; à δέω, *ligo.*

Polysyndeton, πολυσύνδετον, *variè & multiplicitèr conjunctum*: à πολὺς & Συνδετός.

Hypérbaton, ὑπέρβατον, *transgressio*: ab ὑπερβαίνω, *transgredior.*

Zeugma, ζεῦγμα, *junctura. junctio*: à ζεύγνυμι, *jungo.*

Antithesis, ἀντίθεσις, *oppositio*, vel ἀντίθετον, *oppositum*: ab ἀντὶ, i. e. *contra*, & θέσις *positio*, à τίθημι.

Græcismus, γραικισμὸς, *imitatio Græcorum.* Γραικὸς, *Græcus*; Rex quidam à quo Græcia appellatur. V. *Plin.* l. 4. c. 7. *Steph.* Byz. Γραικὸς, ὁ Θεσσαλῆς υἱός· ἀνθ' ὧν Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες. Eadem figura dicitur Hellenismus, ἑλληνισμὸς, *Græcorum imitatio*: ab Ἕλλην-ηνος. *Hellen, Deucalionis* filius, à quo Græci dicuntur Ἕλληνες. ἑλληνίζω, *Græcè loquor.*

Hysterologia, ὑστερολογία, cum *posterius dicitur, quod ordine prius.* Aliter dicitur ὕστερον πρότερον, & προθύστερον· ab ὕστερος & λόγος.

Antiptósis, ἀντίπτωσις, *casûs pro casu positio*: ab ἀντὶ *pro*, & πτῶσις *casus.*

Hypallage, ὑπαλλαγή, *immutatio*: ab ὑπὸ & ἀλλάττω *muto.*

Parrhesia,

Parrhesia, παῤῥησία, *licentia, loquendi libertas & audacia*: quasi πανρησία, à πᾶν & ῥῆσις, *licentia loquendi*, quâ videlicet omnia dicuntur, etiam quæ tacenda videri possunt. Hinc παῤῥησιάζομαι (ἐλευθεροστομῶ) *liberè loquor*. Παῤῥησιαστικῶς, *liberè loquendo*.

Erotésis, ἐρώτησις, *interrogatio*: ab ἐρωτάω, *interrogo*.

Parénthesis, παρένθεσις, *interpositio*: à παρεντίθημι, *insero, interjicio*.

Paráthesis, παράθεσις, *appositio*: à παρατίθημι, *appono*.

Periphrasis, περίφρασις, *circumlocutio*: περιφράζομαι *circumloquor*.

Synonymia, Συνωνυμία, *nominis communio*: *Synonyma*, i. e. vocabula idem significantia utiliter coacervantur. In eâ ferè posterius est exegeticum prioris: à Σὺν & ὄνομα.

Hypotypôsis, ὑποτύπωσις, *evidentia, & illustratio, quando res ità scribendo exprimitur, ut delineari videatur*, Budæus: ab ὑποτυπόω, *per figuram demonstro*, χαρακτηρίζω.

Præmunitio, προκατασκευὴ, *præparatio, præstructio*: à προκατασκευάζω, *præparo, præstruo, & præmolior quippiam ad id quod tento efficere*.

Transitio, μετάβασις, à μεταβαίνω, *transeo*.

Rejectio, ἀποδίωξις, *expulsio*: ab ἀποδιώκω, *fugo, sejungo, expello*.

INDEX.

	Quæst.
Rhetorica quid.	1
Ejus partes: Elocutio.	2
Pronuntiatio.	2
Elocutio quid.	3
Duplex: Tropus.	4
Figura.	4
Tropus quid.	5
In Tropo duo consideranda:	
Affectiones,	6
Genera.	6
Affectiones Tropi quatuor:	
Catachresis,	7
Hyperbole,	7
Metalepsis,	7
Allegoria.	7
Catachresis quid.	8
Hyperbole quid.	9
—quotuplex.	10
Auxesis quid.	11
Meiosis quid,	12
Metalepsis quid,	13
Allegoria quid.	14
Tropi genera quatuor: Metonymia,	17
Ironia,	17
Metaphora,	17
Synecdoche.	17

	Quæst.
Metonymia quid.	18
Metonymia: Efficientis.	19
Materiæ.	21
Effecti.	22
Subjecti.	23
Adjuncti.	25
Ironia quid.	27
Quomodo percipitur.	28
Oppositæ duplicia:	
Disparata,	29
Contraria.	29
Ironia à Disparato.	32
Contrario.	33
Paralipsis quid.	34
Apophasis quid.	35
Metaphora quid.	36
Synecdoche quid.	38
Synecdoche: Membri.	40
Speciei.	41
Totius.	42
Integri.	44
Generis.	45
Figura quid.	46
Duplex: Dictionis,	47
Sententiæ.	47
Figura Dictionis quid.	48
Dupl. in sonoris: Dimensione	49
Repetitione	49

Figura

INDEX.

	Quæst.
Figura in Dimens. quid.	50
Numerus duplex: { *Poëticus*, *Oratorius.* }	51
Numerus Poëticus quid.	52
Duplex: { *Rythmus*, *Metrum.* }	53
Rythmus quid.	54
Metrum quid.	55
Metaplasmus quid.	ibid.
Metaplasmi species.	56
Tmesis quid.	57
Metatheſis quid.	58
Antitheſis quid.	59
Diaſtole quid.	60
Syſtole quid.	61
Numerus Orator. quid.	62
Figura in ſoni Repetitione	
—*quotuplex.*	63
Epizeuxis quid.	64
—*quotuplex.*	65
Anadiploſis quid.	66
Climax quid.	67
Anaphora quid.	68
Epiſtrophe quid.	69
Symploce quid.	70
Epanalepsis quid.	71
Epanados quid.	72
Paronomaſia quid.	73
Polyptoton quid.	74
Figura Sententiæ quid.	75
—*quotuplex.*	76
Logiſmus quid.	77
—*quotuplex.*	78
Ecphoneſis quid.	79
Quot modis fit.	80
Epiphonema quid.	81
Revocatio Sui-ipſius quid.	82
—*quotuplex.*	83
Epanorthoſis quid.	84
Aposiopeſis quid.	85
Apoſtrophe quid.	86
Quot modis fit.	87
Proſopopœia quid.	88
—*quotuplex.*	89
Imperfecta.	90
Perfecta.	91
Fig. in Dialogiſmo quid.	92
—*quotuplex.*	93
Aporia quid.	94
Anacœnoſis quid.	95
Occupatio quid.	96
Epitrope quid.	97
Syncheresis quid.	98
Pronunciationis partes duæ: { *Prolatio.* *Actio.* }	99
De Prolatione Canonis.	Pag. 26
De Geſtu Regula.	P. 28

FINIS.